35257/C

J. XXV. Man

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30412237

32 F 5 C 31101

RICHARDI MANNINGHAM,
EQVITIS, M. D. R. S. S. ET COLL. MED. LOND.

ARTIS OBSTETRICARIAE COMPENDIVM

TAM THEORIAM QVAM PRAXIN

SPECTANS,

MORBORVMQVE OMNIVM, QVI FOEMINIS INTER GESTANDVM IN VTERO, ET IN PVERPERIO, NEC NON INFANTIBVS SVPERVENIRE SOLENT, CVRATIONEM TOTAM COMPLECTENS.
HVC ACCEDVNT MORBORVM OMNIVM, QVIBVS CORPVS HVMANVM EST OBNOXIVM, NATVRAM INVESTIGANDI METHODVS VERA ET ACCVRATISSIMA, ILLORVM CVRATIONEM EFFICACISSIMAM INDIGITANS,
ET OBSERVATIONES NONNVLLAE AD PRAXIN GENERALEM MEDICINAE ATTINENTES;

IN VSVM MEDICINAE TYRONVM

DENVO EDITVM,

ET

NOVIS QVIBVSDAM ADDITAMENTIS,

VIDELICET

PRAEFAMINE

ET

DVABVS DISQVISITIONIBVS THEORETICO-PRACTICIS,

QVARVM PRIMA

DE

SITV VTERI GRAVIDI FOETVSQVE A SEDE PLACENTAE IN VTERO, PER REGVLAS MECHANISMI DEDVCENDO,

AGIT,

ALTERA VERO

PRAESTANTIAM ET VSVM FORCIPIS ANGLICANAE IN PARTV DIFFICILI EX SITV CAPITIS OBLIQVO, INTRA OSSA PVBIS IMMOBILITER HAERENTIS,

COMMENDAT,

AVCTVM, TABVLISQVE AENEIS ORNATVM

AVTORE

D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO
MEDICINAE ET ANATOMIAE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.

In hoc gaudeo aliquid diſcere, ut doceam. SENECA.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
SVMTIBVS BIBLIOPOLII LVDERWALDIANI.
M D C C X L V I.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

LECTVRIS. S.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER.

Prodit in lucem RICHARDI MANNINGHAM, EQVITIS, M. D. R. S. S. *et Colleg. Med. Lond. artis obſtetricariae, compendii tam theoriam,* quam *praxin* ſpectantis, editio noua. Licet enim numerum eorum, qui vel *docentibus* vel *diſcentibus* in academiis hactenus vſui quam maxime fuerunt, vel bibliothecas ornarunt, nondum plane conſumſerit tempus, hoc ipſum autem opuſculum felix fuerit ingenii partus, primum anno cIↃDCCXL *Londini* in lucem editus, nihilominus edendum rurſus *noſtris in terris* dignum iudicaui libellum, quo omnibus ac ſingulis, quam maxime medicinæ *tyronibus*, (in quorum gratiam eundem conſcripſit AVTOR) facillimus quoque pateat aditus, addiſcendi ſolida et rationalia artis huius fundamenta.

Equidem mihi propoſueram deſiderante bibliopola animaduerſiones quasdam et obſervationes

eidem addere, ſed ne molem compendii augerem, memor ſimul verborum *Cl. viri* qui præfamine *ſe hocce compendium limitatius et plenius, quam primum per tempus licebit, redditurum* promiſit, ab hoc propoſito deſiſtens, felicem perfecti fœtus excluſionem prius expectans ſpero.

Sed ne nihil egiſſe videar paucula addidi, quæ forſan recedere videntur a mente AVTORIS, vera tamen *theoriæ* et *praxeos* complectuntur fundamenta.

Specimen primum exponit lineam recti et normam obliqui editione altera auctius et emendatius redditum, *alterum* vero commodam capitis fœtus, intra oſſa pubis nimis coarctati, ope FORCIPIS ANGLICANAE extractionem, vtpote præcipuas tam in theoria quam praxi fundatas partes, quibus rite cognitis ſecuriora eliguntur auxilia et conſilia rationalia, quam infelices veterum et recentiorum nonnullorum conatus, qui matri et fœtui vim mortemque intulerunt.

Eiiciebantur enim Roma olim ad tempus medici, cum ſecando et vrendo exercentes artem chirurgicam, Romæ incolis diſplicerent et carnificis nomine ornarentur. Idem fatum licet obſtetricibus nondum contigerit, grauiorem tamen ſæpiſſime merentur pœnam, chirurgi præprimis, qui noſtris temporibus, ſub ſitu qualicunque præternaturali, methodo HIPPOCRATICA ad acuta inſtrumenta, partes extremas abſcindendo, oſſa thoracis in vtero

diſſol-

diſſoluendo tanquam ad ſacram anchoram confugiunt: laudanda potius ſunt eorum conamina, qui ad ſaluam fœtus matriſque vitam conſeruandam recta via incedunt, methodum rationalem ſibi eligunt, ab his carnificum, vt ita dicam, operibus plane abſtinentes. Præſtantia enim dignitasque ſumma, ab antiquiſſimis temporibus huic arti conceſſa, non crudeli, ſed iudicioſa manu auxilium ferente conſervatur et confirmatur (a).

Si antiquiſſima percurras tempora B. L. inuenies obſtetrices olim cum medicis conueniſſe, ſi probatæ fuerint, immo peritiam aliquam artis habuiſſe, matri, et quæ difficiles experiebantur partus, pharmaca dare, puerperii articulo exitum partus procurare, et initio ipſum graviditatis ſtatum inquirere, adeoque huius rei peritas ab *obſtando* vel ipſa *ope* recte dictas fuiſſe *obſtetrices* (b).

(a) EDMVND CHAPMAN *in Treatiſe on the improvement of Midwifery* p. 7. 8. Midwifery *is certainly one of the moſt noble and uſeful* Chirurgical *Operations in being; for all Operations receive their Weight from the Good they procure; or to ſpeak more properly, from the* Evil *they prevent By this, when judiciously performed, there is generally one, aud often two Lives ſnatched as it were from the Jaws of* Death; *as in a violent Flooding for Inſtance, where the mother, or Child or both would be inevitably loſt in a few Minutes, without Delivery; or where the Infant lies in a bad Poſture, and ſo could never have been extracted but by the Aſſiſtance* of Art.

(b) *Obſtetrix* et *opſtetrix* ab eadem deducta etymologica explicatione olim dicebantur, ſicuti *teſte* GRVTERO *Inſcriptionibus antiquis p. DCXXXVI.* antiqua loquuntur marmora, v. g.

Hæc erant eorum officia præcipua, quæ ad quintum diem durabant, quum muneribus poſtea donatæ, lotis manibus *nutrici* infantem committerent, quo, quem *obſtetrix* eduxit infantem, nutrix (c) educare poſſit, ſecundum illud OVIDII (d).

Hunc totum infantem maternis demite ramis
Et date nutrici - - - -

Sed de felicis vel infelicis partus ſucceſſu, cautelis, et obſeruationibus altum vbiuis ſilentium. Tacent enim infauſtos partus marmora, quos noſtro æuo plurimarum obſtetricum ſupprimit ignorantia; fidem tamen antiquiſſimarum gentium tantam iam fuiſſe, illamque eas eo perduxiſſe conſtat, vt manus auxiliatrices a Deabus ſibi expeterent. Vota enim pro corpore fiebant, ne *præpoſtere* aut *peruerſe* partus contingerent. Hinc Deabus (e) PROSAE et POSTVERSAE a ficta naturalis et præternatu-

ANTONIAE· AVG· L·
THALVSAE
OBSTETRIC
ET
MARIAE· Ɔ. ET· SVAVITATI·
L· AGREPINAE· OBSTETRICI·
NEC NON,
SALLVSTIA· Q· L· IMERIA·
OPSTETRIX·
Q· SALLVSTIVS· Q· L·
ARTEMIDORVS·
ARESCVSA· FECIT

(c) NONIVS MARCELLVS *de propr. Serm. c. V.*

(d) *Metamorph. l. IX.*

(e) Præter GELLIVM, qui denominationum harum Dearum reddit rationem, marmora apud GRVTERVM l. c. p. L. fidem faciunt.

DEO· MERCVRIO· ET· POS.
TVERTE· C· ANTIVS· TITI·
FILIVS· EX· VOTO·

naturalis partus poteſtate et nomine ita dictis aræ erant ſtatutæ, periculi avertendi cauſa.

Gentiles iſti ritus quamuis tunc temporis nihil ad artis incrementum et perfectionem facerent, indicabant tamen ſingularem iam fiduciam et maiorem forſan religionis ardorem et venerationem, quam quæ a plurimis fidei chriſtianæ addictis, quod dicere pudet, cultui Diuino hodie tribuitur. Sed promiſit ac conceſſit nobis Diuina ex gratia Supremum Numen, a quo conſilia et auxilia omnia piis precibus et deuotiſſima mente expetimus, conceſſit inquam, media fine noſtro potiri, et pro ſalute et conſeruatione hominum ad ſummum fere perfectionis veſtigium euehere artem. *Perfectio* autem *artis* non conſiſtit in vulgari obſtetricum cognitione, in caſibus videlicet facillimis partus exitum procurare, infantem faſciis inuoluere, medicinam nato matrique facere, cunnos movendo, nænias lallasque cantando infantem ad ſomnum componere, quod parum vel nihil ad artis ornamentum et promouendum in dubio caſu præſidium confert, ſed in rationali expoſitione eorum, quæ ante partum, in ipſo et poſt illum contingunt, ac iudicioſa manus applicatione in quouis caſu contingente, ferendoque iuſto conſilio et felici auxilio tam grauidis et parturientibus, quam puerperis, lactantibus et infantibus.

Italis, Hiſpanis, Batauis, Sueuis, Danis præ-

pri-

primis autem *Anglis* et *Gallis* (f) debemus, quod indefeſſo ſtudio ſummoque labore artis incrementa promouerint, in cuius rei gratiam Gallis ſingularia a LVDOVICO XIV. conceſſa priuilegia et iuxta eorum inſtituta aliis in terris hoſpitia in ſubſidium paupercularum, parturientium infantumque expoſitorum exſtructa fuerunt. Expolitiſſima inde reddita ars detectaque vel manualis opera commoda et compendioſa, vel diuerſæ inſtrumentorum in vſum artis inuentæ ſpecies.

Quum igitur iſti viri ſolidiſſima et rationalia artis principia tam theoretica quam practica propoſuerint, ex his præſens mihi elegi *compendium*, a Cl. MANNINGHAM docte conſcriptum, quo in prælectionibus diffuſum in campum tam theoreticum quam practicum excurrere, ſimulque morbos grauidarum, parturientium, puerperarum, lactantium, infantumque, quoad cauſſas, ſymptomata, generalem et ſpecialem therapiam, adiunctis quibusdam cautelis et obſeruationibus practicis, auditoribus meis exponere poſſem, præprimis quum AVTOR vtilia ſcituque neceſſaria medicis et chirurgis propoſuerit, omiſſis anilibus fabulis atque ineptiis, quæ veritatis loco ſæpius enarrantur, et in nonnullis germanico maxime idiomate de re obſtetricia conſcriptis libris exſtant.

Sequu-

(f) CHAPMAN l. c. p. X *England and* France *have produced many great and famous men, who have made the improvement of this ſcience the principal Buſineſs of their Lives;*

Sequutus autem eſt tam principia DEVENTERI, quam ordinem in exponendis iis, quæ proprie pertinent ad artem obſtetricandi, illumque in tabularum formam redegit, ita quidem, vt compendium eius veram DEVENTERI (g) imaginem referat et ex ſcintillula exigua lumen maius illuceſcat.

Obſeruamus inde *ſciagraphiam* DEVENTERI, in tabulis dilucidationem, et cautelas practicas in aphoriſmis, qui labores iucundi fuere, cum ſolæ meditationes non ſuffecerint, ſed in verba ſimul viri iurauerit, qui, dum vixit, plurimis par, omnibus autem ſuperior fuit.

Aliqua tantum dubia mihi hactenus viſa, reliquis omnibus omiſſis, pace eius vt percurram;

I. *a ſitu* quidem *vteri obliquo* partuum difficilium et præternaturalium rationes deducit, ſed placentæ nullam aliam ſedem concedit, quam fundo vteri, nixus DEVENTERI argumentis. Sicuti vero diuerſa placentæ ſedes norma eſt ſitus vteri fœtusque in vtero, cognitionis autem fundamentum ad inſtituendas curationes firmum verumque requiratur, vtile ac neceſſarium eſſe duxi, huic libello appendicis loco disquiſitionem I. *de ſitu vteri grauidi fœtusque, a ſede placentæ in vtero per regulas*

(g) Exhibuit nouum *lumen operationum chirurgicarum obſtetricantibus* L. B. an. 1701, editum rurſus 1733. In linguam anglicam fuit translatum, an. 1728. a ROBERTO SAMBER, ac exceptis aliis verſionibus a J. J. BRVHIER D'ABLINCOVRT auctum, variisque obſeruationibus et adnotationibus ornatum. gall. Pariſ. an. 1739.

gulas mechaniſmi deducendo apponere, quo exadductis ibi rationibus quilibet facile animi ſententiam cognoſcere, et quæ fundamenti loco DEVENTERVS propoſuit argumenta, ſub examen vocare poſſit.

II. *A firmiori et duriori membrana* fœtus excluſionem impediri, immo partum difficilem reddi autumat. Erat hoc veterum dogma, qui rebus, quas partum remorari dicebant, accenſeri quoque iudicabant *membranarum* fœtus cingentium, vel *tenuitatem* vel *craſſitiem nimiam.* E recentioribus hanc ob cauſam DEVENTERVS (h) CHAPMANNVS (i), MAVBRAY (k) GIFFARTIVS (l), orificio vteri ſatis dilatato, partum promouendi gratia ad rupturam membranarum confugiunt. Verum licet in præternaturalibus partubus, quos ſimul profluuia ſanguinis conuulſionesque comitantur, eandem concedimus, et niſi membranæ dilaceratæ fuerint, neceſſariam omnino tempore ſuſcipiendæ operationis iudicamus; in naturalibus tamen nulla nos cogit neceſſitas, ſed ſecurius agimus, ſi ad mentem *Cl.* FRIEDII. (m) *in naturali partu, membranas etiamſi extra corpus muliebre poſitæ ſint, non rumpamus, antequam et caput infantis ad aures vsque editum*

(h) L. c. c. XXXI.
(i) L. c.
(k) *Of Femal Phyſician Lond. an.* 1724.
(l) *Caſes in Midwifery Lond. an.* 1734.
(m) Petr. STVARTVS *diſſert. de ſecundinis nociuis æque ac ſalutiferis* §. *XV. p.* 60. Humores enim partus negotium facile reddunt, GALENVS *de vtil. partium L. XV. c.* 81: hinc noxius præcox aquarum effluxus, LA MOTTE *l. c. obſ.*

editum ſit, ne illis citius diſcerptis, vaginæ vero orificio nondum ſufficienter aperto, caput vi irruens et perinæo rupturam inducat. Quum enim membranæ medium ſufficientis et æqualis orificii vteri expanſionis conſtituant, iudicandum, easdem, quo *firmiores*, eo *meliores* eſſe, ſimulque maiorem preſſionis vim perferre, vias ſufficienter patulas et humidas ſeruare, capitisque tranſitum accelerare poſſe. Sin vero, B. L. ſub *craſſiori membrana ſolutas membranas cum delapſa ante orificium placenta* intelligas, fallaciam aliquam cauſæ non cauſæ hic ſubeſſe animaduertes, quippe non ſoluta ac grauiori ſua parte delapſa ante oſtium vteri (n) defertur, ſed præternaturaliter ibi adhærens (o) ope motuum ſucceſſiuorum ſeparatur; hinc niſi cito eiusmodi partui periculoſæ aleæ pleno reſpectu præternaturalis placentæ ſedis et viae infanti intercluſæ auxilium fertur, matri et fœtui tandem euadit funeſtus.

III. Quod vulgo de *verſione fœtus* in vtero ſeptimo, octauo aut initio noni contingente fertur, et antiquitus pro cauſa partus vel naturalis vel præternaturalis fuit habitum, id ſtrenue defendit AVTOR (p) adiunctis ſimul cautelis quibusdam practicis

obſ. 57. partusque ſicci periculoſi, *E. N. C.* DEC. *II. a. II. n. 91.* Contradicere autem ſibi videtur AVTOR aliter in genere ſentiendo, *quando p. 41. fœtus membranas nunquam inter nixus dilacerandas eſſe affirmat, niſi adeo pateat os vteri vt partum illico factum iri ſperes, aut id ſuadeant profluuia conuulſiones, vel huiusmodi res natæ.*

(n) DEVENTERVS l. c. p. 137. 138.

(o) Conf. l. *diſquiſitionem noſtram de ſitu vteri grauidi etc.*

(p) l. c. p. 10. (q) p. 62. (r) l. c. p. 74.

cis (q). Placuit forſan ipſi ingenioſe ſatis excogitata Fig. VI, quam DEVENTERVS (r) aeri incidendam, ac libro ſupra citato addendam curauit, in qua vtpote dorſum *fœtus grauidæ lumborum vertebris appoſitum cernitur, cruribus decuſſatis, manibusque impoſitis genubus, naſo ambobus pugnis interiuncto, donec ſede mutata,* vltimo *geſtationis menſe, capite prono fœtus præcipites vel delabantur, vel præpoſteram eiusmodi poſituram præpoſtera quoque excipiat excluſio.* Ingenere obſeruabis B. L. maximum ab HIPPOCRATE ET ARISTOTELE ad noſtra vsque tempora diſſenſum, quum varium varii animo fingentes ſitum fœtui in vtero tribuant. Docte inter alios *Cl.* NOORTWYKIVS (s) *male quidam æſtimant, ac ſi fœtus certo loco fixus, membris ſemper in determinato ſuo ſtatu torpentibus, tanquam obrigeſcat propter anguſtiam loci aliasue cauſas. Contrarium norunt quibus permiſit occaſio, profecta grauiditate ventrem matris exacte examinandi etc.* Quæ omnia, quum de loco ſtabili, et diſpoſito certo modo membrorum ordine ad tempus determinatum vera omnino ſint; adducta tamen nonnullorum experientia, ſeu fallax potius iudicium, quod de illa fertur, non demonſtrat vim fœtus partes omnes ita mutandi, vt ad eorum mentem caput fœtus mox in ſuperiore mox in inferiore loco, aut lateribus ſentiatur, ſed impresſionem tantum atque ſenſationem

vtero

p. 74 MAVRICEAV *Traité de maladies de Femmes groſſes* T. I. c. V. p. 232. ſeq. fig. 13. DIONIS. *de accouchem.* p. 133. NOORTWYKIVS anat. *vteri humani p. 14. 15. 208.*

(s) *l. c. p. 127. ſeq.*

vtero inflictam, figuramque qualemcunque, pro ratione flexionis extenſionisque partium, vel totius fœtus, vtero abdominique inductam, denotat. Mutationes enim fœtus tunc temporis non pendent a libera eius partes, reliquis ſpecifice grauiores, v. g. caput et corpus ad omnia vteri puncta mouendi poteſtate, quum ſpatium, quo fœtus includitur, dictis ſubeundis loci mutationibus non ſufficit, ſed ab expanſione, inclinatione, et adductione extremitatum, quibus figura vteri abdominisque in curua quodammodo mutatur. Fœtus quoque quum ſpecificam grauitatem iam conſequutus ſit, retinet ſitum in puncto iſto, verſus quod prolapſus eſt, nec corpus nec caput verſus ſuperiorem, aut inferiorem, aut laterales partes libere mouere valet, vti patet ex regulis mechanismi et principiis iisdem ſuperſtructis disquiſitione I. *de ſitu fœtus* etc. Fac enim fieri eiusmodi verſionem octauo menſe vel initio noni (t); nulla erit ratio ſufficiens, cur non omnes embryones fœtusque, accidente abortu aut partu præmaturo ante tempus dictæ verſionis, pedibus præuiis prodeant? cuius rei contrarium, quod quotidiana confirmat experientia, firmisſima igitur exhibet probationis argumenta.

(t) LA MOTTE *Traité complet des accouchemens naturels, non naturels et contre nature obſ. 53. 55.* Eiusmodi ſitus incertitudinem oſtendit ARANTIVS *de humano fœtu*, nihilque perpetui de poſitura fœtus in vtero determinari poſſe affirmat. LA MOTTE l. c. c. 23. ſeq. *La pretendue culbutte que l'enfant dois faire a ſept mois, eſt vne idée ſans fondement et oppoſée à la raiſon.* D. ONYMOS diſſ. Leid. a 1743. exemplis quam plurimis probat, verticalem ſitum non tantum *vltimi temporis*, ſed *perpetuo* naturalem eſſe.

IV. Tandem AVTOR, quum in conſcribendo compendio ordinem, quo DEVENTERVS vſus, quam maxime ſequutus fuit, fundamenta ejus ſuccincte ita propoſuit, vt apud multos cum quoad res tum verba commisſi plagii litterarii incurrere ſæpius videatur ſuſpicionem. De theoreticis iam actum fuit. Ex practicis demonſtrationis loco, quid de vſu inſtrumentorum, in re obſtetricia ſentiat, attingam. Eundem autem plane reiicit, et *duos* tantum *caſus* dari arbitratur, vbi *inſtrumenta* vſui eſſe poſſunt, *ſcilicet ſi infantes ob monſtroſam magnitudinem totius corporis aut partis alicuius peluim proportione ſua nimis paruam integri transire prorſus non valeant, aut ſi propter negligentiam vel inſcitiam obſtetricis, in vtero quam maxime obliquato, infantis recte verſi caput in anguſtam cauitatem peluis delapſum, inibique ſimul cum humeris adeo coarctatum ſit, vt ad impetum dolorum validisſimorum ne minima quidem percipiatur deſcenſio* (u).

Eiusmodi autem in caſibus remediis prius fruſtra tentatis, infantem tanquam mortuum tractari extrahique debere affirmat, quod quidem de monſtris non autem fœtu oſſibus pubis impacto et ſæpius adhuc viuo exiſtente valet. Contigit enim noſtris temporibus nobis ea felicitas, ut ope detectæ prius in Anglia ibique poſtea correctæ FORCIPIS,

(u) Sic AVTOR l. c. p. 41. ſentit. Sic DEVENTERVS quoque *l. c. append. p. 269.* cuius verbis rebusque, licet alto ſilentio omnibus in paginis ipſum prætereat, vtitur.

PIS, ſine extractione fruſtulatim ſuſcepta aut dearticulatione, rem expedire poſſimus, et mirandum omnino eſt AVTOREM NOSTRVM nullam feciſſe eiusmodi inſtrumenti mentionem, cum noua mediante hocce inſtrumento operandi methodus, antequam compendium ediderit, iam per plures annos tam *Anglis* quam *Gallis* nota et ab iisdem (x) celebrata ſatis fuit. Merentur quidem DEVENTERVS et MANNINGHAM laudes promeritas, quod apta et conueniente manuum applicatione omnium fere parturientium partum prompte et ſecure impediri poſſe didicerint; res quoque miratu digna, DEVENTERVM (y) *præprimis ſine exhibitione vllius medicamenti propellentis, ſine vſu vllius inſtrumenti, nullis vnquam infantibus mutilatis, nullis membris fractis, præterquam quod nonnunquam, licet rariſſime, matre animam agente, eius vitæ ſeruandæ gratia caput infantis aperuerit, obſtetriciam artem exercuiſſe:* ſed cum non idem in omnibus valeat modus, ac magna ſit inſtrumentorum differentia, ſic non de omnibus ſentiendum. Recte inſtrumentis denegatur vſus, quæ acuta et ſecantia ſunt, ac vim vtero vel fœtui inferre poſſunt, quum longe aliena ſint a FORCIPE ANGLICANA, vtpote inſtrumento, quod vtilisſimum, præſtantisſimumque, ac certis in caſibus non neceſſarium ſolum, verum etiam enchireſibus manualibus præferendum iudicamus, certique confidi-

(x) Vid. ſupra laudatos viros CHAPMANNVM et GIFFARTIVM, qui ſpeciatim de vſu huius inſtrumenti ſcripſere, et variis obſeruationibus eius vſum confirmarunt.

(y) *Lib. c.* CAP. *L. p.* 267.

fidimus, DEVENTERVM (z) eiusque *ſectatores* eiusmodi ſpeciem autoritate comprobaſſe, ſi tunc temporis ipſis recta applicationis ratio et modus probe perſpecta fuiſſent, quemadmodum vſum illius præclarum fuſius explicare ſuſcepimus *ſpecimine altero de præſtantia et vſu* FORCIPIS ANGLICANAE *in partu difficili, ex ſitu capitis obliquo, intra oſſa pubis immobiliter hærentis.* Hæc ſunt nonnulla tantum B. L. teſtimonii loco, quæ iuxta verba DEVENTERI fideliter enarrauit MANNINGHAM. Reliquas, quarum variæ hinc inde adhuc occurrunt, ſilentio prætereo animaduerſiones, rerum omnium examen ad prælectiones priuatas differens. Laudes promeritas AVTORI iure tribuendas iudico, quod in vſum docentium et diſcentium *enucleatum et contractum nobis dederit* DEVENTERVM, ſimulque ſcitu vtilisſima tam in theoria, quam neceſſaria in praxi medicis chirurgis et magiſtris artis huius propoſuerit, nouaque quædam præprimis in pathologicis addiderit. Neceſſaria autem in præfamine hoc vel in artis emolumentum, AVTORISQVE honorem monenda, vel appendicis loco addenda duxi, quo omnes ac ſinguli præcepta illius eo melius diiudicare, eaque ad rationis et experientiæ Lydium lapidem exigere valeant. Dab. ipſis Calend. Ianuar. CIↃ IↃ CC XLVI.

(z) Admittit quidem in genere l. c. p. 272. vſum forcipis, ſed omiſſa illius deſcriptione, cum tamen diuerſæ eius dentur ſpecies. *Meminit* enim ſibi contigiſſe, vt caput omnino iam excerebratum, *valida forcipe* vehementer quidem ſed ſine ſucceſſu extraxerit, et ob reniſum humerorum, oſſibus fortiter appreſſorum in peragendo opere impeditus fuerit.

PRAEFATIO AUCTORIS.

QUONIAM conſilium illud pium, quod in levamen puerperarum inopum Nobilium, Clericorum & Medicorum dignisſimi quique, optimi denique omnium ordinum & utriusque ſexus Patroni nuper iniere, Artem Obſtetricariam docendi occaſionem mihi mox eſt daturum; in rem fore exiſtimavi, futuræ Inſtitutionis, quam apud eos Tirones qui ſe noſtris præceptis dederint præſtiturus ſum, Compendium hoc in medium dare. Quod ſi cui nimis curtum & imperfectum videatur, auſim non tantum promittere me limatius et plenius, quamprimum per tempus licebit, redditurum, ſed ſperare etiam ex hoc, qualecunque ſit, fructum uberem poſſe hauriri: Nam præcepta quæque præſtantiſſima quæ ad Obſtetricium & Mulierum morbos attinent Aphoriſmi ubique ſubjecti complectuntur.

Diu equidem ſum miratus (id quod complures queſti ſunt) Hoſpitium in ſubſidium paupercularum parturientium & infantium expoſitorum nullum adhuc in hac noſtra civitate tam opulenta extitiſſe; at quoniam, quæ miſeris benigne ſemper illuxit, Majeſtas Regia *conceſſo* Diplomate *opus hoc deſideratum Auctoritate ſua promovit, ſummique inter nobiles viri Hoſpitii futuri curatores fieri dignati ſunt, nullus dubito quin, collatis ultro pecuniis (ea enim eſt noſtratium proclivis miſericordia) brevi perficiatur, nec minus* Religioni, *efficiendo quo minus egeſtas dira ad infantium ſuorum necem invitas parentum manus, impellat, quam* Reipublicae *Vires opesque civiles quotidie augendo, proſit.*

Hoſpitiolum etiam hoc quod in noſtris ædibus interim in ſubſidium puerperarum inopum, faventibus non paucis, jam naſcitur, ſuas habet laudes, et matribus plurimis earumque infantibus incolumitati eſſe poteſt: Quod licet in præſens anguſtis nitatur fundamentis, ſi quid exempla tamen tantorum, quibus jam curæ eſt, Fautorum poſſunt, cito amplius factum iri confido: Quid quod inceptum ſit ſatis comprobatum, quod in ſe nihil non decens; juſtum et laudabile habeat & unde Ars Obſtetricandi commode ſemper diſcatur: Hujus autem rei ſcientiæ, (adeo non levis eſt momenti) doctiſſimi ferme omnium ſeculorum Medici operam navare haud aſpernati ſunt; & in his noviſſimis temporibus, cum mulieres, ſuæ infantiumque ſaluti melius conſulentes, utriusque ſexus auxilium accerſire non recuſaverint, ad Praxin quoque multo peritiores evaſerunt; quippe viri Anatomica ſcientia inſtructi promptiores improviſis difficultatibus accurrunt, & ad augendam peritiam magis ſunt idonei. Sperare igitur libet quamplurimos, qui ſe Medicinæ ſtudio accingunt, non tantum Theoriæ hujus artis ſed & Praxi quoque in poſterum daturos operam cum diſcendi ad ma-

num

num aderit Facultas: Quod ſi his qui in hac vrbe, (ubi rei medicæ peritiſſimi ſemper in propinquo ſunt) degunt, minus neceſſarium videatur, iis ſaltem qui rure Medicinam facere deſtinaverint non poſſum non commendare; eorum enim omnino erit diverſis iſtis morbis, qui graviditati & puerperio ſæpe ſuperveniunt, mederi: Eſt vero cur mulieres ipſæ culpentur quæ, ſi forte inter geſtandum in utero ægrotaverint, medici conſilium advocare plerumque nolunt; errore ſcilicet vulgari ductæ, quicquid morbi ſit, aut nullum remedium niſi poſt partum adhiberi poſſe credunt, aut tum ultro deceſſurum ſperant: In hoc autem falluntur, nam niſi morbus is ſit, qui ex Prægnatione omnino oritur, ipſi puerperio multum difficultatis & periculi nunquam non affert, imo ſæpe mortem: Contra vero idoneis & tempeſtivis remediis ut multo facilior ſit partus, multa incolumis puerpera, quæ per errorem hunc & iniquam negligentiam perire potuiſſet, effici poteſt.

Cum adhuc Obſtetricandi artem haud facile quiſquam, niſi peregre quæſitam, ſatis aſſecutus ſit, & cum longinqua ſtudia perpaucorum Tironum rebus convenirent; vix ſperare licet Obſtetrices *noſtras eam, quam res ſæpe poſtulant, artis prudentiam adeptas eſſe; Unde honeſtiores æque ac humiliores graviſſima in puerperio per Obſtetricantium pene inevitabilem inſcientiam pati timendum eſt. Jam vero præſentem diſcendi occaſionem nactis nullus erit excuſationi locus, ſi poſthac inſcienter egerint cum penes fuerit omnes idoneos obſtetricio fieri; quo tandem effecto ipſi Divites ſimul cum pauperibus plurimum emolumenti ex hoc incepto ſuo munifico percepturi ſunt, poſterique ſummis laudibus pios operis Fautores, unde et ipſi tantum utilitatis hauſerint, proſecuturi ſunt.*

Cum vero ſint qui querantur, nec injuria, Mulieres in Hoſpitiis peregrinis incommoda nonnulla ex inſtituendis Tyronibus accipere, ne quis tale quidquam nobis objiciat, Machinam ita comparatam habemus, ut per illam & Prægnantium Tactum & Eductiones Fœtus omni-modæ monſtrari poſſint: Fit autem ex Fæminæ oſſibus compactis quibus uterum factitium aptari curavimus. Hac igitur nullo parturientium incommodo imperitas Tironum manus exercebimus, donec ipſum opus capeſſere tuto poterunt: Eadem etiam machinatione quem ſitum in utero fœtus, quem ipſe uterus juxta naturam obtinet, & varios ſitus, qui præter naturam utrique accidunt, (unde moleſtiſſima & periculoſiſſima ſæpe fiunt puerperia) demonſtrabimus, quid denique pro diverſis rebus potiſſimum facto opus ſit edocebimus.

De

De Arte Obſtetricaria.

- COGNITIO
  - Generalis
    - Muliebrium quæ Generationi inſerviunt Partium
      - Quales?
      - Situs?
  - Diſtincta
    - Uteri.
    - Pudendi Muliebris.
    - Veſicæ.
    - Inteſtini recti.

- Pelvis.
  - Oſſa
    - Qualia?
    - Situs?
    - Uſus?
    - Articulatio?
  - Quæ in ea continentur
    - Veſica.
    - Uterus.
    - Inteſtinum rectum.
    - Secundina.
    - Humores.
    - Fœtus.
  - Varietas
    - Profundior.
    - Latior.
    - Amplior.
    - Planior.
    - Rotundior.
    - Ovata.
      - Qualis?
        - Commoda?
        - Incommoda?
  - Differentia in diverſo Sexu?
  - Cavitas Pelvis — Quid?
  - Apertio maxima Pelvis
    - non a Separatione Oſſis Pubis, ſed
    - a Retroceſſu Oſſis Sacri
      - totali
      - vel
      - ex parte.

Cognitio ſpecialis
- Quid ſit Tactus?
  - Quomodo prægnans debeat tangi?
  - Quo Tempore neceſſarius?
- Cuinam rei inſerviat? ut cognoſcatur.
  - An vere gravida ſit Mulier aliqua necne?
  - An Tempus pariendi inſtet, an longa adhuc mora intercedat?
  - An gravida genuinis ad Partum Doloribus corripiatur necne?
  - An gravidæ Doloribus jam correptæ futurus ſit Partus facilis an difficilis?
  - An Infantes bene vel prave ſiti ſint?
  - Quomodo Parturienti et Infanti ſuccurrendum, et quid eum in finem faciendum ſit?
  - An res ita ſe habeat ut Partus Gravidæ ſit promovendus?
- Quomodo Secundinæ excludendæ ſint?
- Omnes prave ſiti Fœtus verti? et Pedibus prehenſis extrahi queant?
- Quomodo Obſtetrix ſe gerere debeat poſt Partum erga
  - Matrem?
  - Infantem?

De Utero.

UT clarius et diſtinctius Rem proponamus, Uterum conſideremus.

vel
- per ſe.
- conjunctim cum Vagina.

Uterus

Uterus per ſe

- Subſtantia
  - Craſſa.
  - Solidiſſima.
- Compoſitio
  - Ex innumerabili Multitudine Fibrarum et Vaſculorum ſcilicet Venis, Arteriis, Nervis, Lymphaticis, interpoſitis Particulis muſculoſis.
- Status
  - in
    - Virginibus.
    - Nuptis.
  - ante / poſt — Prægnationem.
  - ante / poſt — Partum.
- Situs — Qualis? — varius poſt Prægnationem
  - Commoda?
  - Incommoda?
- Fundus poſt Prægnationem, deflectitur nimis
  - Prorſum
  - Retrorſum
  - Dextrorſum
  - Siniſtrorſum
  - — Incommoda?
- Os — Quid?
- Figura externa — Qualis?
- Connexio — Qualis? Ligamenta? Uſus?
- Orificium, undique annexum Vaginæ.
- Cavitas / Collum — Quid?
- Dilatatio in ſuprema plurimum Parte, *viz.* Fundo
  - Commoda?
  - Incommoda?
- Contractio
  - Qualis?
  - Uſus?
- Unde nonnullis falſe diqitur *Os Internum Uteri.* inde Confuſio.

De Craſſitudine Uteri in Prægnantibus.

UTERUS poteſt extendi et dilatari manente tamen eadem *Craſſitie* qua gaudet, dum adhuc parvus, Fœtusque expers eſt, et non obſtante Magnitudine ſua et Craſſitie, quam habet Tempore Partus, intra paucos Dies Horasve ad priſtinam Parvitatem ac Firmitatem contrahi poteſt.

Sæpius, quando defunctæ Parturientis Anatomiæ intereſſe dabatur, vidi Uterum, non obſtante quantacunque Magnitudine vel Parvitate gaudeat Uterus, eadem ſemper reperitur Craſſities, modo major, modo minor, prout variant accidentia. et *Quicquid communiter vel plerumque fit*, *id naturale eſt.*

Sæpe in viventibus accurata Attentione inquiſivi, tam altera Manu in Uterum intromiſſa ad Secundinam extrahendam, quam altera Ventri impoſita, ut eo diſtinctius Veritatem Craſſitiei ipſo Senſu detegerem; et vere dicere poſſum, me ſemper fere Uteri integram Craſſitiem ſenſiſſe, imo tantam nonnunquam Craſſitiem et Rigorem percepiſſe, ut ægre perſuaſus ſim, quin mali quid accidiſſe Parturientibus credam, quum tamen in iſto Puerperio ea qua in aliis uſæ eſſent Valetudine; et unicæ ſaltem memini me ſenſiſſe Uterum tenuem, inde concludo, Uterum varia quidem Magnitudine, ab Impraegnationis Initio ad Partum usque una eademque ſemper gaudere Craſſitie, *Fundo autem multo magis ampliatur*, *quam ulla alia Parte inferiore. Deinde Uterum multifariam poteſt Loco moveri;* non rarum eſt invenire Secundinam in Utero, jam in Poſtica ad Lumbos, jam proxime Diaphragma, jam in Antica Ventris propendentis, jam a dextro, jam a ſiniſtro; neutiquam vero exinde concludendum eſt, Secundinam Utero cohærere, a Latere vel prope Orificium, minime, *ſed quod Uterus multifariam poſſit Loco moveri*, *et in Fundo multo magis extenditur*, *quam in aliis Partibus ſuis.*

De

De Vagina.

- Vagina.
  - Quid?
  - Os. Quid?
  - Subſtantia
    - rugoſa plurimisque conſita Plicis, Quare?
    - facile extendens
      - Latitudine
      - Longitudine
        - Uſus?
          - Commoda?
          - Incommoda?
    - lævis & lubrica
      - inuncta plerumque mucoſa quadam Materia.
        - Uſus.
  - Contractio / Dilatatio
    - Qualis? Uſus?
  - Connexio?

De Secundinis.

- Secundina ſeu Placenta.
  - Subſtantia? Vaſculoſa.
  - Forma?
  - Numerus?
  - Situs? Fundo Uteri plerumque adhærens.
  - Vaſa
    - duæ Arteriæ
    - una Vena
      - Funis modo complicatæ.
      - Quarum in Placenta Anaſtomoſes; Uſus.
  - Uſus?

- **Membranæ.**
  - Chorion in qua innumera Vaſa
    - Situs?
    - Uſus?
    - Connexio?
  - Amnios
    - Situs?
    - Vaſa? pauciora quam in Chorio.
    - Uſus ad
      - Aquas
        - continendas.
        - ſecernendas.
      - Chorion conſeruandam.
  - Allantois
    - an in Homine invenienda?
    - unde dicta?
    - in Brutis obvia
      - Subſtantia?
      - Situs? uti Urachus, an Homini pervius?
      - Uſus?

APHORISMI.— *Membrana eſt duplex Chorion & Amnion quæ ſimul conjunctæ unum involucrum faciunt in quo & Fœtus & Humores ſimul continentur.*

Gemellis ſingulis ſuæ ſunt Membranæ neque unquam uterque idem operimentum ſortiuntur niſi adunatis corporibus, quod rariſſime evenit, monſtrum fiant.

Membranæ æquo craſſiores vel tenuiores Partum moleſtiorem reddunt, craſſiores nempe Infantem in exitu remorantur, tenuiores prius ruptæ quam Os Uteri ſatis dilatetur, Humorum inopem derelinquunt.

Funis Umbilicalis — Inſertio
- Venæ — diſtributio per Hepar.
- Arteriarum
  - Situs?
  - Origo? ex iliacis internis.

Aphorismi. — *Funis Umbilicalis Fœtus humani tribus tantum conſtat vaſculis, unica ſcilicet vena arteriis duabus, quæ omnes una eademque membrana, ſive involucro colligantur.*

Vena Umbilicalis ſenſus eſt omnino expers quippe quæ nullum habeat nervum.

Venæ Umbilicales duriores & rigidiores, licet craſſiſſimæ ſint, in educendis Placentis citius quam molliores rumpuntur.

Infantibus nonnullis Funis adeo diſtentus eſt, ut licet arcta fiat ligatura, poſtea contractione facta, ſanguis niſi ſumma adhibeatur cura, effluxurus ſit.

Funem in nodo implicatum ex nimia longitudine & motu Infantis circulari in utero nonnunquam invenimus.

De Partu naturali.

Ad Partum naturalem requiruntur
- Parturiens aut Fœtus nullis Infirmitatibus obnoxii, quæ Partui obeſſe poſſent.
- Fœtus
  - Ætas. / Vires / Situs. — Quales?
  - Ultroneis / Genuinis — Doloribus ſola Naturæ vi ſine Arte Excluſio.
- Matris
  - Forma. / Status. / Vires. — Quales?

Partus appropinquantis Signa.
- Dolor verſus Renes cum Doloribus reſpondentibus.
- Tumor Ventris immutatus.
- Urinæ vel
  - Incontinentia.
  - Suppreſſio.
- Aquarum — Formatio.

Partus fere inſtantis Signa.
- Dolor verſus Renes & Lumbos auctus.
- Pulſus in Carpis
  - frequens.
  - plenus.
  - altus.
- Rubor Vultus.
- Vomitus.
- Os Tincæ apertum.

Partus inſtantis Signa.
- Os Tincæ magis apertum.
- Aquarum formatio major.
- Dolores ad Sacri & Pubis articulum.
- Tremores ſine Frigore.

Partui profuerint
- Situs Corporis idoneus.
- Unguenta Emollientia.
- Cardiaca.
- Medicamina.
    - Abdomen evacuantia.
    - Uterum comprimentia.

APHORISMI. — *Quo juniores ſunt Mulieres, modo Annum Aetatis decimum quintum peregerint, eo felicius parturiunt.*

Si quando Aquæ quas parturientes egerunt primo liquidæ tenuesque deinde viſcoſæ & mucoſæ fluant Partum inſtare conjectari licet.

An Os Pubis vel Oſſa Ilii inter parturiendum ſejungantur non conſtat, ſed Os Coccygis, cuius articulatio mobilis eſt aliquantulum recedit.

Detractio Sanguinis e Brachio plurimum in moleſtioribus Puerperiis prodeſt, cum et promoveat Partum et remedio ſit ne immodica Profluvia et Convulſiones Partui difficili et præternaturali accedant.

Mulieres, quæ nullum adhuc fœtum ediderunt, orificium Uteri habent arctius et rotundius quod amplius et inæqualius eſt in iis, quæ jam pepererunt.

Os Uteri multo mollius Utero geſtantibus ſit, quam alias.

APHORISMI. — *Apertio oris Uteri Mulieris gravidæ non ſemper Parturitionis eſt ſignum certum, nonnunquam enim orificium adeo patefactum in quibusdam invenitur, ut digitum inferri ſinat Menſem ante partum.*

Uterus eandem retinet Denſitatem per totum geſtandi tempus, fundo excepto tunc denſior facto.

Omnia Uteri vaſa ampliora ſolito ſunt, in Mulieribus Menſtruantibus aut ſub acceſſionem menſium, quoque magis progreditur Prægnatio eo magis dilatantur.

Res ita habere poſſunt, ut Mulier Utero gerat a Septem ad Undecim Menſes.

Infantis (utriusvis ſexus) ſecundum Naturam in Utero poſiti, Caput eſt ſuperius, inferiores Pedes, Facies antrorſum ſpectat, dum ſeptem vel octo geſtationis menſes præterierint; poſtea vero omnino inverſa eſt ejus poſitio, ſuperiora ſcilicet Pedes, Caput inferiora occupat et retrorſum ſpectat Facies.

Sub nonum plerumque menſem deorſum mittitur Infantis Caput, nonnunquam etiam ſub octavum.

Infans ſe ſubvertens in poſtremo Geſtationis menſe motu inſolito falſos ſæpe Dolores ciet qui etiam enixus mature nimis afferunt.

Infans ſecundum Naturæ legem ſe prono Capite, averſa Facie, inter parturiendum offert; Quævis alia poſitio mala eſt et præter Naturam: e malis autem

autem poſitionibus Pedes minimam, Brachium cum Humero maximam, Nates vel Manus una cum Pedibus obviæ mediocrem Difficultatem ferunt.

In principio Doloris quærendus eſt Fœtus et Uteri ſitus.

Non niſi quieſcenti Utero manus eſt intromittenda.

Violentis doloribus ſubito deficientibus, ſi ſuperveniet vomitus metuendum ne laceretur Uterus.

Viribus de repente deficientibus, lethalis extravaſatio eſt Metuenda.

De Utero Gravidarum vel Parturientium bene locato.

QUO majorem Gravidæ Fœtum geſtant, eo altius Uterus in Ventrem aſſurgit; quum enim Cavitas Pelvis non ſufficiat ad capiendum prægrandem Uterum, uno vel pluribus Infantibus ex omni Parte abſolutis una cum Secundinis et humoribus repletum, exinde neceſſario ſequitur, *ultra Oram Pelvis in Cavitatem Ventris* Uterum aſcendere; atque tum eandem (quam modo ante vel mox poſt Impraegnationem habuit) Poſituram aut retinet, aut non; ſi priorem Poſituram retinet, illum exiſtimo *rectum* et bene *ſitum* Uterum, atque tunc acuminata ejus Pars recta tendit in Cavitatem Pelvis, Fundus vero circa Umbilicum verſatur: Poſitura autem mutata, huc vel illuc aliquantulum inclinatum Uterum *obliquum* dico vel *prave ſitum.*

De

De Conſtrictione Venæ umbilicalis & Secundinarum Excluſione.

FUNIS umbilicalis recens nati Infantis conſtringendus, & ſine mora Secundinæ excludendæ, Manum protinus ab excluſione Infantis immittendo — Quare?

1. *Tum Manus, imo & Brachium, ſi opus fuerit, facile illabitur.*

2. *Statim a Fœtus excluſione ſine ullo Puerperæ dolore aut incommodo, Manum in Uterum immittere licet.*

3. *Non Orificium ſolummodo Uteri late ſatis adhuc patet, ſed & Uterus ipſe.*

4. *Periculum non eſt, ut Fundum detrahas aut Uterum invertas Funiculum Umbilicalem extrahendo.*

5. *Ut pateat, an Secundinæ Utero adhæreant necne, quod aliter certo ſciri non poteſt.*

6. *Abſolutum Puerperium accelerare.*

7. *Ut Certior fias num unus adhuc vel plures Infantes excludendi ſint, aut Mola reſidua, aut Fœtus emortuus.*

8. *Ut cognoſcas, num Fruſtula quædam Secundinarum aut Membranarum reſidua ſint in Utero, aut Sanguinis Grumi, & ſi opus videbitur reducere Uterum pedetentim in ſtatum naturalem.*

De

De Partu difficili.

Partus difficilis fit ob
- Matris
  - Ætatem
    - Juniorem.
    - Provectiorem.
  - Corpus
    - male formatum.
    - nimis obeſum.
    - nimis macilentum.
    - morboſum.
  - Uterum
    - morboſum
    - nimis obliquum
      - prorſum.
      - retrorſum.
      - dextrorſum
      - ſiniſtrorſum
  - Animum depreſſum.
  - Vires labefactas.
  - Aquas ante Fœtum profluxas.
- Fœtus
  - Imbecillitatem.
  - Mortem.
  - Corpus
    - prægrande.
    - male formatum.
  - Situm inidoneum.
  - Funem implicatum.

Partui difficili vix ſufficiunt quibus
- *Corpus Sudoribus frigidis obrutum.*
- *Syncope frequens cum frigidis Sudoribus.*
- *Convulſiones ſine Recognitione.*
- *Vires deficiunt.*
- *Inferiora Abdominis*
  - *Tenſa.*
  - *Inflammata.*

Fœtus imbecillis dignoſcitur ex
- Partu
  - languido.
  - diuturno.
- Sanguinis fluxu nimio.
- Matris Viribus languidis.
- Fœtus pulſu in Fune.

Fœtus mortuus dignoſcitur ex
- Mammis flaccidis.
- Frequenti Lypothymia.
- Aquarum fætore.
- Frigore Ventris Laterumque.
- Gravitate in Utero.
- *Capitis mollitie.*
- Defectu Pulſus in Fune.
- Cuticulæ Separatione.
- Meconii (absque Cauſa) expulſione.

Fœtus male ſitus dignoſcitur ex
- Doloribus non rite reſpondentibus.
- Doloribus nimis lentis.
- Aquis furtivis.
- Tactu.

Os Uteri male ſitum dignoſcitur, ex Tactu.
- Exulceratione.
- Cicatrice.
- Glandula obdurata.
- Obſtructione Vaſculorum, Ligamentorum.

Pravus Uteri ſitus quadruplex eſt.
- *Primus*, Si Fundus Diaphragmati, Uteri autem Corpus Spinæ Dorſi inclinatum apprimitur, inde Os Uteri nimis ſuſpenſum ab antica Parte ad Oſſa Pubis adigitur, & Infantes reddit immobiles.
- *Secundus*, Si Uterus in ventroſis Mulieribus pronus propendet, Ore ad Os Sacrum converſo.
- *Tertius*, Si Fundus Uteri in latere ſiniſtro paulo altius vel demiſſius ponitur, Ore ad Spinam dextram Oſſis Ilii converſo.
- *Quartus*, Quo Fundus in dextro latere ponitur.

Ex

Ex hoc quadruplici pravo Uteri ſitu reliqui colliguntur ſcilicet Fundus minus
- Prorſum.
- Retrorſum.
- Dextrorſum.
- Siniſtrorſum.

In quacunque Uteri obliqua Poſitura tutiſſimum, promptiſſimum, minusque dolorificum cenſeam Partum accelerare Infantes Pedibus prehenſis extrahendo, idque in principio ſtatim Laborum, ante vel paulo poſt effluvium Aquarum, quamprimum certus ſis parturientem *genuinis Laboribus* laborare, præſertim in Uteri nimium ſcilicet *propendulo* ſitu.

Pedibus ſe præſentantibus.
- Cavendum ne Caput detineatur.
- Caput & Brachia conjunctim plerumque trajicienda ſunt.
- Situs non immutandus ni ut Facies poſteriora ſpectet.

Caput in Utero relictum extrahatur
- Manu.
- Inſtrumento.
- Laqueo.
- An Placenta prius extrahenda?

Præſentante ſe { Facie / Collo } { ad ſitum naturalem reducendus. / ſeu, / Pedibus prehenſis extrahendus. } Fœtus.

Funis (ſi ſe præſentet) reducatur; Fætusque Pedibus prehenſis quam citiſſime extrahatur: exinde tamen lividus plerumque fit Vultus.

Funis implicitus, æquove breuior, Fætus reſilitionem poſt finitum Dolorem efficit.

Si Funis Collo circumductus ſit, ſubditis Digitis tentandum eſt Funem laxatum ſupra Caput removere, ſi non licuerit removere, Filo conſtringendus & diſſecandus eſt.

In omni malo ſitu, ut & in Rebus deſperatis, Pedibus extrahatur Fætus, & ſemper obſervandum eſt Infantes commodius verti, ſi Digitis Pedum præviis, quam ſi Calce protrahantur.

In Partu gemino poſterior Pedibus plerumque extrahendus, ideoque Membranæ quam citiſſime rumpendæ; niſi prompte rem agat natura.

De Partu difficili ex Morbis generalibus & ſpecialibus proveniente.

Mala Corporis Formatione	Gibboſa. Incurvata. Aſthmatica.	Incommoda?

Morbi ſpeciales.	Febris. Epilepſis. Hydrops. Stomachi Intemperies. Colica. Lumbago. Dolor Nephriticus. Vomitio. Convulſio. Fluor immodicus. Diarrhæa. Spaſma. Deliquium Animi.

Qua

Qua Ratione per pravam Pelvis Formam Partus impediri poteſt?

Prava Pelvis Forma nimis { magna / parva ſeu anguſta / plana } Incommoda?

Varietas Pelvis in diverſis Corporibus — Qualis? { Commoda? / Incommoda?

Infante nondum in Pelvem illapſo exploranda eſt Parturiens ut cognoſci poſſet quomodo Ora Pelvis ſit formata an? { rotunda? / plana? / ampla? / anguſta?

Si neceſſe ſit Pelvem majorem reddere, non licet niſi retrudendo Os Coccygis quod *integra manu* perficiendum eſt, unde triplex Commodum;

1. Doloribus ingruentibus manu premente Os Coccygis repellitur, inde Meatus Dilatatio.

2. Manu depremente Os Uteri ampliatur.

3. Manu retracta Infans ſimul ſenſim attrahitur.

Obſeruandum eſt Parturientes convenienter tractando & juvando Dolores concitari, & augeri, perverſis autem Actionibus evaneſcere & ceſſare.

Modum ampliandi Meatum reprimendo Os Coccygis, tanquam unam e præcipuis & commodiſſimis Partum excludendi Artibus commendamus, omnia vero cum prudentia & Judicio peragenda ſunt.

De Partu difficili a firma nimis Membrana Humores continente, vel a prævia ad Excluſionem Placenta, vel ex emortuis Infantibus.

Fætus excluſio impeditur a
- Membrana nimis firma
  - Incommoda?
  - Ore ſatis aperto rumpenda eſt, non citius niſi urgeat Neceſſitas.
- Placenta prævia
  - Semper conjuncta cum Profluvio Sanguinis?
  - Incommoda?
  - Signa?
  - Effectus? quomodo removendi?

Fætus Mortuus reddit Laborem difficilem ——— Quare? ———

Signa Mortui Infantis?
- ſignum omnium certiſſimum eſt ſupremæ Capitis Cuticulæ Diſſolutio. — Quare?
- Vena Umbilicalis prævia & ſine Pulſu.

In Partu difficili ex nimia Infantum magnitudine Fœtus prævüs ſemper Pedibus commodius quam Capite educitur, tutiusque hoc fit mature ab initio ſtatim Laborum & reprimendo Os Coccygis.

Si Caput Infantis in proportione Pelvem adeo excedat quantitate, ut integrum per Pelvem prorſus non traduci queat, etiamſi bene verſum prodeat, Utero itidem recte locato, Pedibus plerumque educendus eſt Fætus, aut proprio Inſtrumento, & ſi fieri poteſt ſine læſione.

Aphorismi.

APHORISMI.— *Mammæ Venterque prægnantis cui Fœtus in utero mortuus eſt non amplius augeſcunt ſed quotidie recedunt.*

Uteri excretiones fœtidæ non ſemper Infantem mortuum indicant, quum a grumis Sanguinis diutius retenti corruptis fieri poſſint.

Infantis mortui Caput e corruptione emollitum non æque ac vivi exitum humeris in partu conciliat.

Infantis mortui difficilior & moleſtior eſt plerumque enixus.

Mulieres, quæ mortuum & corruptum Infantem edunt febre interim continua laborantes, poſt partum paucis interpoſitis diebus fere moriuntur.

Infans in Utero mortuus poſt emiſſas aquas biduo vel triduo majorem in modum corrumpitur quam toto menſe, manentibus aquis.

Si Caput Infantis in exitu hæreat cum non ſit tumefactum, eſt cur mortuum credas.

De Partu difficili, ex prava Infantum Verſione in genere.

PRAVA Infantum poſitura in *Utero recte locato* facit difficilem Laborem, ſed *male locato* difficiliorem.

In-

Infantes prave verſi ſunt, qui	Facie ſupina. Facie in alterutrum latus reflexa. Capite in Tranſitu retardato. Manu, Pede, Vena umbilicali una cum Capite prodeunte	in Oſtium prodeunt.

In *Utero male locato*, plurimi difficiles Partus, plerumque difficillimi ſunt, unde ſæpius & ipſa prava Verſio Infantum in Utero oritur, quippe qui initio bene verſis propter pravum Uteri ſitum in aut per Pelvem penetrare non valentes *ex bene verſis* fiunt *prave verſi*, id quamplurimum accidit maturi auxilii defectu.

Cognitio variæ Uteri poſituræ maximi momenti & ſumme neceſſaria eſt obſtetricantibus.

Longe aliter tractandus eſt Infans in Utero recte ſito, quam *in Utero obliquato*, priori, Caput vertendum, & in Oſtium dirigendum eſt, poſteriori vero, tutius Pedibus quæſitis extrahitur, & hoc ſemper obſervandum eſt, Os Uteri nunquam non adverſum Fundi ſitum eſſe, unde facile judicandum eſt, quo loco Fundus Uteri ſitus eſt, ac utrum plus minus obliquatur.

Aphorismi. — *Si Infans pedem alterum obvium ferat, animadvertendum eſt, an dexter ſit, an ſiniſter, ut prius intelligatur, qua ex parte alter quærendus eſt, quam educatur.*

Siquando Fœtum prehenſis Pedibus educere conveniat, Facies Infantis deorſum ad Matris Inteſtinum Rectum ſemper ſpectet priusquam Caput extrahatur.

Infans

APHORISMI.— *Infans in oſtio Uteri primiparæ hærens plerumque Mas eſt, ampliora enim capita humerique latiores maribus quàm fœminis fere contingunt.*

Primiparæ ſenioris Fœtus non raro hæret in oſtio Uteri.

Mulieres quorum Mariti Manibus & Humeris amplioribus ſunt, tales ſæpenumero Infantes pariunt.

Infantis Capite in Utero relicto conſultius eſt, ut naturæ ſoli committatur obſtetricium, quam ut vi adhibita extrahatur.

Manus altera Infantis (vel ambæ ſimul) ſæpius quam quævis alia Pars Infantis, una cum Capite ſe offert quoties caput non ſolum protruditur.

Si Manus præmiſſa ſe offerat cave prehendas, quo longius enim manus porrigitur, eo moleſtior futurus eſt enixus.

Infantes, ſi Nates inter naſcendum ſunt obviæ ex ſitu compreſſi Meconium ſemper dejiciunt.

De Partu difficili, ab Infante facie ſupina prodeunte.

INFANS *Facie ſurſum verſa* difficilior enixus, quam *prona facie* } In Utero bene locato. In male locato vero difficilior.

Meatus ampliatur retrudendo *Os Coccygis averſa manu.*

Infans Facie in Oſtium prodeunte reddit Partum difficilem in Utero bene locato nimis dilatando Os Uteri & Vaginam. Huic incommodo quomodo occurrendum? paulo poſt Excluſionem Aquarum ſi poteſt fieri Caput vertendum eſt aut ad Pectus Mentum protrudendum, adeo ut Vertex Capitis gradatim accedat ad Partum; præcipue autem Cavendum eſt, ne Oculi aut Nares Infantis lædantur; & longe aliter tractandi ſunt Infantes ſic ſiti in Utero bene quam in male locato; periculum etiam Matris & Infantis minus eſt priore quam in poſteriore.

In Utero male locato difficilior multo eſt, & ſtatim Pedibus Infans educendus eſt, prius tactu diligenter explorato ſitu & Infantis & Uteri? quomodo educendus? Incommoda?

De Partu difficili, ab Infante prævia Vena Umbilicali prodeunte.

Incommoda?	Anguſtia Meatus.	Quomodo ſuccurrendus eſt
	Retentio in Meatu.	Infans? —— Quare?

Effectus	Abruptio Placentæ.
	Obitus Infantis.

Antevenit Funiculus, vel	Utero bene locato	Periculum	minus.
circumdat Caput Infantis	Utero male locato		majus.

Incommodum? Circulatio Sanguinis a Compreſſione ſiſtitur. Funiculo ſolo in Oſtium veniente indicat plerumque Infantem *transverſim* ſitum in Utero, & Pedes quærendi ſunt.

APHORISMI.

Aphorismi. — *Lapſus Funis umbilicalis ante Partum, citam Infanti mortem infert, neque id minus efficit compreſſio funis in exitu ſe offerentis cum Infantis capite.*

Si Tacto Fune umbilicali dilapſo arteriarum Pulſus ſentiatur, vivit adhuc infans, ſin minus mortuum crede.

Funis Umbilicalis cum ſubita aquarum eruptione ſæpe ante partum dilabitur, ubi abundant aquæ & funis eſt prælongus.

De Infantibus Manu, Cubito aut Humero prodeuntibus.

Infante in Oſtium prodeunte	Manu,	difficilem,	reddit Laborem.
	Cubito,	difficiliorem,	
	Humero,	difficillimum,	

Incommoda? quo pacto removenda? *Pedibus prehenſis plerumque extrahendus eſt Infans.*

De Infantibus tranſverſim poſitis.

IN eiusmodi poſituris Humores plerumque in oblongam formam coguntur, & Oſtium vacuum eſt, ſive Aquis ſolummodo obſeſſum.

Ex forma Aquarum oblonga in *Utero recte poſito* concludimus quod Caput in Oſtio non verſetur; aliter in *obliquo.*

In Utero obliquo tentandum eſt plerumque Os Uteri in Pelvem inducere & Parturiente interim reſupina verſare Infantem Pedesque prævios producere, Manu juxta Nates & Femora usque ad Pedes extremos immiſſa, adeo ut *Calcaneo* Clunium tenus extrahatur.

Natibus prodeuntibus	Incommoda? quo pacto removenda?

Sicuti tanquam Regulam generalem tradidimus, Infantum Pedes non niſi Digitis ſurſum verſis extrahendos eſſe; id minime obſtat, quin in hoc vel conſimili caſu (Pedibus nimirum Oſtia tam prope imminentibus) eos *Calcaneo*, nonnunquam protrahere liceat; iſtud enim dictum volumus de Pedibus ſupra in Fundo Uteri poſitis, & quum *Infans omnino invertendus eſt.*

De Partu difficili ex Morbo ſive Vitio quodam, Uteri, Vaginæ, Veſicæ, Inteſtini Recti &c.

Uterus, &c. morbis obnoxii ſunt	Caſu. Colliſione. Contuſione. Ictu, &c. Scirrhi duritie. Carcinomate.	Ex his Partus difficilis.

Effectus	Inflammantur Exulcerantur Obdureſcunt	Uterus, &c.
	Immoritur Parturiens.	

Os

Os Uteri exiſtit } Craſſum. / Perdurum.

Uterus } Exſiccatus / Rigidus. } Partum reddit difficilem.

Deſcenſu Uteri & Vaginæ Os Uteri ſuo Loco ſuſtinendum eſt.

Veſica, ejus Collum inficitur aliquando Tumoribus.

Inteſtinum Rectum, Excrementis induratis afficitur & Glandulis Ulceribus obduratis.

De Infante Ventrem cum Vena Umbilicali offerente.

SI Vena ſola in Oſtio verſetur metuendum eſt, ne Fœtus } Ventre / Dorſo } proditurus ſit

Incommoda?

Quid faciendum in Utero } recte locato? / obliquo?

De Infante Tergo prodeunte.

INFANTES rarius *Tergo prævio*, quam *Ventre* in Oſtium prodeunt.

Incommoda?

Statim poſt Aquarum effluvium Pedibus prehenſis Infans extrahatur in Utero } recte / male } locato.

Tactu explorandum eſt, an Infantis Spina Dorſi magis { ſurſum / deorſum } vergat. Quare?

Obſervandum eſt, Infantes facilius verſari & in *Gyrum* tractari ſcilicet *Digitis Pedum* ad Caput directis, quam contra *Calcaneis* ad Podicem converſis.

Humoribus jamdudum effluxis, Infanteque arctius compreſſo, quam ut poſſit verſari, convenit aliquando *Cingulum quoddam leniſſimum* alteri vel ambobus Pedibus injicere, & altera manu detrahere, dum altera Corpus Infantis ſuperius ſurſum removes, hoc modo Pedes in Oſtium producti, quamprimum potes *Manu* prehendito, eaque Infantem omnino extrahito.

De Geminis prave verſis.

DIFFICILIS Verſio — unde?

Certiſſimum Gemellorum Indicium, ſi duo { Capita / Terga } ſentias.

Inquirendum ſedulo eſt an Membra quæ protrahere velis, ſint libera.

Infante inferiore excluſo, mox immiſſa manu Pedes protinus quærat Obſtetrix iis eundem protractura, etiamſi Caput percommodum ad Excluſionem prodire videatur. —— *Quare?*

De Agrippis ſeu Infantibus, Pedibus prævüs prodeuntibus.

INFANTES lente verſandi ſunt, dum ſimul extrahuntur, applicitis ambabus Manibus, altera ſcilicet, quousque poteſt, ſubter Corpus immiſſa, dum altera Pedes ante combinatos tenet, ne Pedes tantum, iisque mediantibus Crura, ſed ſimul etiam Corpus invertatur; hoc pacto Infans ſenſim verſando producitur, usque dum pronus in Ventrem procumbat, & ultra Ventrem excluſus ſit: *tum demum opportunum tempus illuxit, quo parturienti laborandum eſt*, quippe jam *Caput* & *Brachia* conjunctim plerumque trajicienda ſunt; & Infans valide, quaſi Dolores urgerent, ſed caute trahendus eſt, *deorſum verſus Inteſtinum Rectum*, alias Infans coarctatus ægre transmittitur.

APHORISMI.— *Utero ad Partum unius Infantis patefacto non, niſi altero emiſſo aut extracto, clauditur.*

Altero extracto Fœtu, ſi alter adhuc in utero maneat, hunc etiam prius educere oportet quam prioris Placentam extrahas.

Ex Gemellis alter poteſt in Utero materno vivere, altero ante menſes aliquot mortuo.

Gemellorum altero educto confeſtim alterius membranæ aquam continentes diſrumpendæ ſunt, ut ſecundus maturetur Partus patente adhuc Utero.

Muliere ex Fœtu multiplici gravida parturiente, omnes prius educantur fœtus quam cujusvis Secundæ, ne effluxio Sanguinis immodica Secundas præmature abruptas ſequatur.

In

APHORISMI.— *In extrahendis Gemellorum Secundinis (ſive Placenta ſit unica vel duplex, cum ſuus utrique ſit Funis Infanti) ſemper conandum eſt, ut ea Placenta quæ Partui priori attinet, prius extrahatur.*

Manus ſemper imponenda eſt Puerperæ ventri ſtatim poſt eductum Fætum. ut dignoſcatur an maneat adhuc alter in Utero, præſertim ſi quem eduxeris ſit exiguus, ut gemelliparæ Fætus eſſe ſolet.

Mulieres Fætum multiplicem geſtantes Utero multo gravius laborant in prægnatione, & plerumque 15 Dies vel etiam tres Septimanas ante debitum tempus Partum edunt, iis etiam crura tumefieri ſolent vel femorum tenus (in poſtremis menſibus) nonnunquam etiam ipſa Labia.

Si binos Pedes obvios habeas, dextrum licet & ſiniſtrum, vide ſis diligenter ante perſcruteris, quam extrahere coneris ne forte alter, alterius ſit gemelli.

De Partu difficili ex Utero obliquo, nimium ſcilicet propendulo.

UTERUS nimis propendulus facit Partum difficilem. } In Fæmina Ventre propendulo cujus Uterus ſit depreſſus.

Incommoda

- Inter Dolores Infans premitur contra Vertebras & Os Sacrum, qua preſſione, Caput impeditur adeo ut in Pelvem illabi nequeat.
- Vertice Capitis ad Os Uteri pendente, bene vertitur Infans in Utero recte locato, male autem in Utero nimis obliquo, tunc etenim Infans plerumque transverſim in Oſſa Pelvis & præſertim in Os Sacrum illabitur; Quare?

Infantes Utero ſic ſito nonnunquam veniunt prona Facie, attamen Facie ſurſum verſa parturiuntur. Unde?

Signa

- Os Uteri ſuſtinetur altius ſolito.
  - Tangi nequit ſine moleſtia.
  - Adverſus flexuram imæ Vertebræ aut Oſſis Sacri invenitur.
  - Tangi nequit niſi infima Parte plus aut minus.
  - Digito, vix, aut ne vix, introitur, curvato.
  - Tactu ſentitur, Doloribus ſingulis appropinquantibus, in Vertebras depreſſum adeo ut illabi nequeat.
- Aquæ Os Uteri pendentes forma tenui inveniuntur.

Singula hæc Signa diligentiſſime ſcrutanda ſunt, & inveſtiganda Tactu, *Labore appropinquante*, poſtea etenim ſubito diverſimodis mutantur.

Quomodo removenda?

Situ idoneo —— Quali?

Tentandum eſt ut Caput Infantis in Pelvem illabatur, usq; ad flexuram Oſſis Coccygis. Commoda? Incommoda? Exinde Caput promovetur adeo ut Excluſio Infantis perficiatur. — Quomodo — tentandum. perficiendum.

Fæmina nequaquam Doloribus laborat. — Quare?

Tactu quam leni exploranda. — Quare?

Os Uteri in loco ſuſtinendum eſt donec Aquarum ſit Profluvium, Membrana ſponte abrupta.

Os Coccygis retro impellendum eſt. — Quare? Quomodo?

Membranis abruptis, laborandum eſt Doloribus reſpondentibus, non inter Dolores, e contra ceſſandum eſt, Doloribus evaneſcentibus. Quare? Commoda?

Laborandum eſt altera Manu in Utero locata, altera autem externe in Ventrem poſita, ſed Preſſura externa levis, Depreſſio interna fortis & æqualis fiat, & inter deprimendum Manus attrahatur. —— Quare? Commoda?

Poſt Partum agenda — Quæ?

Placenta extrahenda.
Uterus proprio loco ponendus.
Sanguinis Grumi diligenter ſcrutandi.
— Quomodo? Incommoda?

Effectus:
Delirium.
Perturbatio Somni.
Requietis Defectus.
Febris.
Profluvium Sanguinis lethale.
Mors.
— Unde?

De

De Partu difficili ex Utero Spinæ Dorſi nimis appreſſo.

UTERUS loco nativo emotus nimium ſæpe reſupinatur, aut ad Spinam Dorſi adigitur.

Os ejus alte nimis in Ventre elevatur.

Adeo obliquatur ut *Vaginæ recto tractu non amplius reſpondeat.*

In hoc pravo Uteri ſitu, — *Obſtetrix probe attenta Os Uteri aut omnino non aut parum ſaltem tangere poterit*, niſi jam late ſatis pateat, atque dum adhuc aliquam ſaltem Circuli partem attingere licebit. Quare? Quomodo tangendum?

In hoc rerum ſtatu *Sagax proxime Cervicem Veſicæ ſentiet Oram aliquam lunatam*, quæ oris Uteri eſt, quod ſi Digitis illuc penetraverit, etiam Capitis partem duram, globoſam, lævemque ſive *Verticis aperturam ſentiet*, unde certo colligere poteſt *Infantem pariter cum Utero Spinæ Dorſi nimis apprimi*, quum igitur certius ſit, quo magis Infans ad hæc Oſſa a Doloribus apprimitur & conſtipatur, eo difficilius inde removeri, imo Cerebrum quidem *infringi poſſe* ut ſubita morte pereundum ſit.

Incommoda.— Caput Infantis, *quamvis optime verſi*, *in Oſſa Pubis impingere*, *neceſſario ſequatur*, dum enim egredi Infans elaborat, tam a propriis Conatibus

quam Doloribus valde deprimentibus, in hoc rerum ſtatu ad Oſſa Pubis violenter adigitur, ubi mollius Capitulum hærens quodammodo infringitur, & magis ſubinde imprimitur, unde, quia non poteſt, in cavitatem Pelvis delabi, etiam Mater Infantem eniti nequaquam poteſt, niſi Caput prius inde remotum in Cavitatem Pelvis inducatur.

Quo pacto removendum? — Parturientem prohibendo ne *valide cum Doloribus illaboret*, ſed iſtos potius ſuſtinendo prætermittat usque dum Situs Infantis correctus ſit.

Parturientem jubeat Obſtetrix, ſiquidem poteſt, e *Veſtigio mejere* ut Veſica exoneretur, nec Periculum ſit preſſione ejus lædendæ.

Quod ſi pauciores adhuc & minores Dolores Parturientem urgeant, ac Membrana nondum rupta ſit, *leni etiam Enemate Alvum exonerandum eſt.* — Quare?

Parturientem Obſtetrix convenienti poſitura collocet. — Quali?

Obſtetrix Digitis Oram oris Uteri caute prehenſam poſticam verſus ad Inteſtinum Rectum premat ſive trahat; attamen hoc non *prius aggrediatur, quam alteram Manum Abdomini paulo ſupra Oſſa Pubis oppoſuerit.* tunc laborandum? quomodo?

Capite expedito, & ab offendiculo vindicato? Mater jam Doloribus intenta, quantum poteſt cum illis illaboret; quomodo laborandum? & quali Situ?

Si

Quo pacto removendus? — Si vero Infans jamdudum Oſſibus Pubis impactus hæſerit, *ſupinam retrorſum omnino inclinet Mater, Capite demiſſo, & Corpore aliquatenus elevato;* Matre ſic ſita tentet Obſtetrix Infantis deprimere &c. Quomodo?

Si forſan in hoc ſitu Membrana jam rupta, & Ore Uteri latius ampliato, Caput Infantis non parum denudatum ſit, Obſtetrix miſſa Uteri Ora digitos *inter Caput & Oſſa Pubis intrudere*, & quodammodo ſuperiori Capitis parti, ſeu altius ſuperiori Oris Uteri Oræ applicare, & hoc modo Caput ſimul cum Ore Uteri deorſum trahere ſtudeat.

Si forſitan *Infans nimium comprimatur, Caputque prægrande fuerit*, ita ut ſine *multo labore* in Cavitatem Pelvis induci nequeat, *tunc Pedibus quæſitis Infans ſtatim detrahendus eſt.*

Si percipiatur quod Humores Impreſſionem non valeant facere, ad aperiendum Os Uteri, tunc illud *Manu aperiendum eſt*, eoque ſatis aperto Membranarum diruptione Aquis prorumpendi locus dandus, ac ſtatim ex adverſo, uti dictum, *Manu juxta Corpus Infantuli Immiſſa Pedes quærendi ſunt.*

Maxime conveniens eſt, *ambos Pedes ſimul detrahere*, ſemperque ſi poſſibile ſit, *Digitos eorum Faciem verſus convertere.*

Si Caput autem Infantis ægre tranſeat, alterutrum quidem Brachium *detrahere licet*, & porro Caput expedire, at *nunquam utrumque Brachium*

detrahendum eſt plura etenim id Incommoda quam Commoda importaret.

Si Infantes proni aut ſupini prodeunt multo melius eſt & Matri & Infanti, ſi Infans, *ne unquam permittatur Capite prævio in Pelvem illabi: talis etenim Infantis ſitus non ſolum difficilis eſt, ſed etiam adeo difficilis ut ne difficilior quidem excogitari poſſit: idcirco in eiusmodi poſitura ne unquam quidem permittendum eſt, ut Caput prævium aliquatenus delabatur, quoniam nihil periculoſius excogitari poteſt, quam pati ut Infans ita ſitus Capite prævio delabatur: quapropter ſummopere cavendum eſt, ne Caput in Pelvem delabatur, & abjecta omni cunctatione Infantem quamprimum excludendum eſt, nimirum vertendo Pedibusque prehenſis extrahendo.*

Difficilior Poſitura non datur in obliquo Utero quam ea, qua Infantes Capite prævio prodeunt.

In hac Excluſione omnis Cardo vertitur in duabus his rebus, *Primo*, ut ab initio *Caput* Infantis eousque *ſemovere* ſcias, quo Manum juxta illud immittere poſſis; in hac Capitis remotione maxima attentione opus eſt ut lente ſatis leniterque Os Uteri aperias, ſimulque Caput ſemoveas. *Secundo*, ſummo ſtudio in id incumbendum eſt, ut *Caput* ſimul *cum Brachiis tranſeat*. Quare?

In hac Poſitura igitur, *ſecurius, tutius ac minus periculoſum medium non datur, quam ſi Infans abjecta omni cunctatione vertatur, Pedibusque extrahatur.*

De

De Partu difficili, ex Utero in alterutrum latus nimium obliquato.

NOBIS hic Sermo eſt de Utero, cujus Fundus profundius in dextro latere ſitus eſt magis ad *Poſticam* quam ad *Anticam* vergens; nimirum profundius plerumque in Latere ad Lumbos ſitus eſt, quam Poſituram difficillimam ego æſtimo, quippe Uterus altius quodammodo ſuſpenſus Partum tam difficilem haud reddit, quam talis Uteri poſitura.

Signa.
- Os Uteri altius ſuſpenſum eſſe.
- Difficulter attingi poteſt.
- Applicitum illud reperiet Spinæ ſiniſtri Oſſis Pubis aut Coxendicis.
- Non integrum Os Uteri, ſed inferior ejus Ora tangi ſaltem poterit.
- Aut omnino nihil, aut parum ſaltem, inferiorem nempe Capitis Infantis Partem tactu aſſequi poterit, niſi forſan (Ore Uteri Spinæ dictorum Oſſium nondum valide appreſſo) locus adhuc detur, uno vel pluribus Digitis inter illa penetrandi, Verticemque Infantis tangendi.
- Infantis Caput tactu ſentiendum eſt per intermedium Uterum & Vaginam, non autem nudum, tranſverſim Pelvi impoſitum.

In hoc caſu Infans quamprimum vertendus Pedibusque prehenſis extrahendus eſt.

Incommoda.

Incommoda.

- Caput Infantis obſtringitur ſupra Spinam ſiniſtri Oſſis Pubis aut Coxendicis.
- Aquæ furtivæ.
- Dextra Infantis, hac poſitura ſæpe excluditur.
- Dextra in Os detruſa, Caput Infantis magis magiſque ſurſum adigitur & Collum adeo flectitur ut Infans emoriatur.
- Vertex Capitis in Spinam Oſſis Pubis aut Coxendicis illabitur, & ſupra Spinam, Doloribus urgentibus adeo premitur, ut Cerebrum collidatur, & Infans ante Partum emoriatur.
- Mater quoque emoritur, Infante in Utero remanente, prius ad quatuor, quinque ſeu ſex Dies, perpetuis Doloribus defatigata.

Quo pacto removenda?

APHORISMI. — *Si mulier, ineuntibus puerperii doloribus, aliquot retro dies alvum non exoneraverit, Clyſtere adhibito dejectio cienda eſt, ut liberior Infanti detur exitus.*

Miſſio Sanguinis e Brachio magno erit primiparis uſui, ſi modo validi ſint temperamenti, fiatque dum arteriarum pulſus ex doloribus augentur. Reſpiratio libera ad augendum Puerperæ nixus & promovendum Partum plurimum confert.

In quolibet Geſtationis intervallo, ſi aquas formatas ſenſeris, id eſt protruſas, & Infantis capiti inter dolores cumulatim præmiſſas, pro certo habeas iſtam Mulierem parturire.

Fœtus Membranæ nunquam inter nixus dilacerandæ ſunt, niſi adeo pateat Os Uteri, ut Partum

APHORISMI.—*tum illico factum iri ſperes, aut id ſuadeant profluvia, Convulſiones, vel huiusmodi res natæ.*

Parcius utendæ ſunt unctiones oleoſæ in Puerperiis ne ingenua humiditas Uteri mucoſa perdatur, quam ſæpe butyro vel quavis alia unctione utiliorem invenies.

Parturienti fugienda ſunt omnia alimenta & juſcula quæ nimium calorem inferre poſſunt.

Mulieres, quarum Infantibus capita ſunt prælarga & Humeri ampliores ſolito, graviſſimis doloribus in Puerperiis afficiuntur, maxime autem primiparæ.

Aquæ mature nimis profluentes, Infantis magnitudo nimia Funis Umbilicalis Infantis collo, vel cuivis alii parti circumvolutus, Facies Infantis ſurſum ſpectans; Hæc omnia productius & moleſtius Puerperium reddunt.

In difficilibus & operoſioribus Puerperiis ipſa opem fert natura, in iis vero, quæ præter naturam accidunt (ſicubi Fœtus grandior iniquam poſitionem fuerit nactus) fruſtra nititur natura.

In omnibus præternaturalibus Puerperiis, quæ ex ſola poſitione Infantis mala oriuntur, cum primum os uteri ſatis patet, aut dilatari impune poteſt, tum manus caute immittenda eſt ut opus perficiatur.

In pleriſque pravis poſitionibus quibus Infantes

 obſte-

APHORISMI. — *obſtetricanti ſeſe offerunt, prehenſis Pedibus Fœtum educere conſultius eſt, quam ut ad ſitum naturalem reducantur, dare operam.*

Si quando non poſſit fieri, ut Mater ſimul & proles ſalva ſit, Matris vita ſemper infantili anteponenda eſt.

Si Infantis ſitum in utero ita mutare velis, ut prehenſis Pedibus educatur, videſis manum membranis Fœtum involventibus inferas, ut Uterus, his interpoſitis nihil detrimenti ex operatione, capiat.

Mulierum ſæpe exiguitas pravam Infantis poſitionem efficit cum non ſatis loci habeat ut ſe in Utero vertat.

Mulieres, quibus grandiores ſunt Infantes, ineunte puerperio, remiſſiores dolores experiuntur, quoniam Fœtus grandior non ſine difficultate deſcendit, ut exitum occupet.

Puerperium primum Sequentibus plerumque gravius eſt.

Deformes, Gibboſæque mulierculæ gravioribus puerperii doloribus laborant.

Vomitus immodici & violenti ſummum dant abortionis periculum cum mulier propius accedat ad pariendi tempus.

Vomitus vero inter puerperæ labores, ſi ſupra modum non ſint, nunquam non uſui ſunt.

Si

APHORISMI.— *Si Mulier quatuor diebus in Partu laboret, vix fieri poteſt, quin Fœtus moriatur.*

Si qua in pudendo muliebri ex partu difficili mortificatio fiat plurimum periculi eſt, ne corrupto veſicæ collo ibi tandem Fiſtula enaſcatur.

Si ob Fiſtulam poſt difficilem partum urinam Mulier præter Voluntatem temere dimittat, idque tres totos menſes fiat remedium fere fruſtra ſperabit.

Affectus ſoporoſi & convulſiones in Partu difficili ſupervenientes, ut plurimum ſint lethales.

Si inquit Hippocrates, Prægnans multo tempore cohibeatur, & parere non poſſit, ſed diebus pluribus ex Partu dolore laboret, ſit autem Juvenis & in vigore & multo ſanguine referta; ſecare oportet venas in malleolis, Sanguinem detrahere; virium reſpectu habito.

Si a Plethora difficultas pariendi oriatur, quod innuere voluit *Hippocrates*, non eſt dubium, quin maxime conferre poſſit, cum Venæ, plurimo Sanguine refertæ, omnes vias interiores anguſtiores efficere ſoleant: Unde fit, ut in dolore Nephritico etiam ſimilis phlebotomia ſæpe miranda præſtat, & Calculorum tum in Renibus, tum in Ureteribus contentorum excluſionem facilitet.

Abſente uteri vel Infantis ſitu pravo clyſteres acres injiciantur, quorum irritatione Uterus ſtimulabitur, depleta inteſtina ampliorem locum Infantis exitu relinquent.

De Partu difficili ex defectu Dolorum aut a Pravis ac Tergiverſantibus Doloribus.

PER Dolores naturales intelligimus tales motus ultro exorientes quibus Ventris & Inteſtinorum Muſculi adſtricti *tantam Depreſſionem Impetumque in Uterum faciant*, *quaſi e Corpore expellendus eſſet;* atque horum Dolorum impulſu aperitur Uterus, Fœtusque in Oſtium & porro per illud expellitur, & hoc pacto Fæmina feliciter Partum edit.

Fæminæ Doloribus tergiverſantibus laborantes, corripi videntur *vehementibus deprimendi Conatibus*, qui quaſi *repentini Nimbi ingruunt: antequam vero penetraverint aut* Depreſſionem veram fecerint, ceſſant iſti motus, ac *in cruciatum aut Spaſmum laborandique Impotentiam mutantur.*

Quomodo removendum?
- Medicamentis propellentibus non utendum eſſe.
- Lenientia & Anodyna adhibenda.
- Si Opus videbitur ad concitandos Dolores, ut Infans expelleretur, conſiderandum eſt an
  - Clyſtere?
  - Exercitatæ opera manus?

Incommoda?

De Monſtrorum & eiusmodi Infantum excluſione, qui in Utero quam maxime obliquato recte quidem verſi, ſed Capite prave in Cavitatem Pelvis delapſi, inibique immobiliter coarctati ſunt.

DUOS tantum *Caſus* dari arbitror, ubi inſtrumenta uſui eſſe poſſunt, ſcilicet, ſi Infantes ob monſtroſam *magnitudinem* totius Corporis, aut Partis alicuius, Pelvim, proportione ſua nimis parvam, integri tranſire prorſus non valeant. Aut *ſi propter negligentiam vel Inſcitiam Obſtetricis, in Utero quam maxime obliquato, Infantis recte verſi Caput in anguſtam Cavitatem Pelvis delapſum, inibique ſimul cum Humeris adeo coarctatum ſit, ut ad impetum Dolorum validiſſimum ne minime quidem percipiatur Deſcenſio.*

Talibus Caſibus quibuscunque remediis fruſtra tentatis, ut Saluti matris conſulatur, *Infantem illum tanquam mortuum oportet tractari & extrahi.*

In Hydrocephalo aut Aſcite commode aperitur—Quomodo?

APHORISMI.— *Infantes Aſcite ac Hydrocephalo affecti, in utero matris plerumque moriuntur, ſin minus, cito poſt Partum, quod quidem de Monſtris affirmari poteſt.*

Si Infans cujus Humeri ſunt anguſti prolato capite etiamnum in Oſtio hæreat, monſtroſum eſſe, vel hydropicum exiſtimare licet.

Aphorismi. — *Infans Hydropicus multo facilius quam monſtroſus, utpote qui, miſſis aquis ſimplici punctura extenuari poſſit quo minus præ tumore hæreat.*

Cum Sectio Cæſarea mortem parenti certiſſime illatura eſſet, nunquam niſi extemplo poſt defunctam vita Matrem perficienda eſt.

Inſtrumentis ne quidem ad extrahendum mortuum Infantem uti oportet, ſi a manibus poteſt fieri.

Inſtrumenta quibus Infantes mortui extrahuntur lævia per totam longitudinem eſſe debent, ne aſperitas uterum vulnerare poſſit.

Cura Opus eſt maxima ne, quem credideris Mortuum, vivus Infans ferramentis male mulctetur.

Cum primum mulieri parituræ accerſitus eſt Medicus ſeu Chirurgus obſtetricans hæc ſunt diligentiſſime obſeruanda, *viz.* ut ſine mora Parturientem tactu exploret, & ut inde locum Oris Uteri recte cognoſcat, ſcilicet,

an ſitum ſit —
- ſuper mediam Pelvem.
- in antica ad Oſſa Pubis.
- in poſtica ad Vertebras ſive Os Sacrum.
- in dextro / ſiniſtro latere.

& quam late Os pateat, & quid in eo prævium exhibeatur;

Si Vertex Infantis invenitur in Oſtio oris Uteri, atque Os Uteri ſuper Pelvem, aut in Pelve ſitum eſt, aquis protuberantibus, tunc nullo Negotio Opus eſt; & ſolum expectandum, dum Natura parturientem Dolorum Impetu ad laborandum concitet, qui quoad par-

partus ceſſant, aut pigriores ſunt, non Opus eſt, ut parturiens laborans defatigetur, ſed Dolorum impetum ſecure licet expectare.

Si altius vero, Os Uteri ſitum eſt, magni Capitis, aut parvæ Pelvis argumentum eſt, contra, ſi demiſſius jam deſcenderit Os Uteri, parvi Capitis, aut amplæ Pelvis indicium eſt hocque poſterius faciliorem Partum promittit, quam prius.

Si Ore Uteri in Pelvem directo, nec Caput, nec Nates, poſſunt tangi, & nihil in Oſtio exhibetur præter Aquas, partus difficilis indicium eſt, Infans enim transverſim prodit, quare mox poſt affluvium Aquarum Caput in Oſtium producendum, aut Infans *pedibus prehenſis* extrahendus eſt.

Si Os Uteri recta in mediam Pelvem quidem tendit, loco autem Capitis, altera ſolum Manus, Pes, Genu, Cubitus, Vena Umbilicalis, aut Manus una cum Pedibus prodeant, Periculum imminere memento.

Si tactu obſeruas, *Infantem nimis alte adhuc ſitum eſſe*, non morandum eſt, neque Doloribus ad Laborem concitata eſt parturiens, nam ſine Auxilio maturo Mater & Infans perituræ ſunt.

Si tactu obſervas Os Uteri ſuper mediam Pelvem non ſitum eſſe, ſed in Antica ad Oſſa Pubis, aut in poſtica ad Os Sacrum, aut in latere ad Oſſa Coxendicis nimis converſum eſſe; tum etiam Periculum imminet, majus autem ſi multum eo declinet, altiusque illis objaceat, & mature & cum Arte adjuvanda eſt Mulier.

Si obſervas, Os Uteri altius & validius huic vel iſti Oſſi objacere, tunc a Natura enixum noli ſperare.

Utero ſeu recte, ſeu plus minus oblique poſito, & membrana rupta, membrum aliquod, ſive manus, ſive pes, *&c.* excluſum ſit, id indicat, quod Infans confeſtim ac ſine mora pedibus prehenſis extrahendus eſt.

Si

Si Utero adhuc alte ſuſpenſo, Membraniſque nondum ruptis Dolores vehementes ſine ſucceſſu irruunt, diligenter cavendum eſt, ne Uterus ſimul cum Infante in anguſtias compulſus ſit, & quamprimum Pedibus quæſitis & prehenſis, extrahendus eſt Infans, ne Mater aut Infans aut ambo expirent.

De Conceptione.

- Fæcunditas Viri
  - Quid?
  - Signa ex
    - Sanitate.
    - Semine
      - Craſſo.
      - Gravi.
    - Habitu Partium.
    - Appetitu Venereo. — Quali?
- Fæcunditas Fœminæ
  - Quid?
  - Signa ex
    - Sanitate.
    - Habitu quoad
      - Menſtrua
        - Quid?
        - Situs?
        - Duratio?
      - Formationem.
      - Elaſticitatem.
    - Appetitu venereo. — Qualis?
- Fluxus Menſtruus
  - Unde? a
    - Plethora.
    - Lentore Sanguinis.
    - Vaſorum ruptione.
  - Curatio
    - Quiete.
    - Situ Corporis.
    - Abſtinentia a
      - Venere.
      - Irritantibus.
      - Calefacientibus.
    - Adſtringentibus frigidis.
    - Venæſectione.

APHORISMI. — *Mulieres, quæ juſtis Temporibus menſtruant, bona plerumque Sanitate fruuntur.*

In quibuslibet Morbis a Suppreſſione Menſium provenientibus, Venæſectio plerumque eſt neceſſaria.

Fæminæ juniores raro ante concipiunt, quam Menſtrua iis contigerint, Puerperæ raro, niſi poſt Menſtruorum reditum, iterum concipiunt.

Excretiones Sanguinolentæ Uteri in Muliere ſexagenaria, Menſtruales non ſunt, ſed Excretiones potius Symptomaticæ, & ſæpe Cancri Mortisque prodromi.

Plures Fæminæ inter annum Ætatis quadrageſimum quintum & quinquageſimum, quam in quovis alio Vitæ Stadio, moriuntur.

Sanguis Menſtrualis Mulieris ſanæ, nequaquam differt a Sanguine, qui Vaſis ineſt.

Sola Menſium Suppreſſio Virginibus Inappetentiam Nauſeam & Vomitus, inſtar Utero geſtantium ſæpe adfert: Fluor etiam ſeroſus e Mammis profluit, verum Lac nunquam niſi Gravidis.

Purgatio non debet inter Menſtruandum, neque ſub Menſtruorum Tempeſtatem adhiberi, ſed poſt Evacuationem finitam.

Mulieres ante Conceptum Valetudinariæ e Menſibus

APHORISMI.—*ſibus parcius æquo profluentibus, poſt Partum, plerumque ſaniores evadunt, Arteriis evacuationi menſtruali inſervientibus, ampliores redditis.*

Rheumatiſmo ſæpe laborant Mulieres, quæ menſtruali Evacuatione juſta carent, Arthritide raro.

Evacuatio menſtrualis prima Menſes aliquot poſt Partum abundantior plerumque fieri ſolet, nullo tamen Periculo.

Puellæ Valetudinariæ tredecim vel quatuordecim Annorum, quibus Menſtrua nondum contigerunt, raro niſi poſt hanc Evacuationem convaleſcunt.

Mulieribus Menſtrua vel Lochia demittentibus, abſtinendum eſt ab omni motu violentiore, ne aut modum excedat Evacuatio, aut Uterus jam tumidus & profluens, Damnum accipiat.

Fluxus menſtrualis quibusdam Mulieribus primis Utero gerendi Menſibus eveniens, debito tempore menſtruorum contingit, adhibitaque cura impune.

Hydrops in Ventre a Menſtruis magna ex parte, vel omnino deficientibus, plerumque oritur.

Sterilitas
- Viri unde? a
  - Vitio Partium
    - Semen conficientium.
    - Ejaculantium.
    - Fæminam irritantium.
  - Æſtu Venereo præpropero.
- Fæminæ unde? a
  - Vitio Partium.
  - Habitu minus irritabili.

Ad Conceptum minus idoneæ ſunt Mulieres
- Majores, Parvis;
- Craſſæ, Tenuibus;
- Rubicundæ, Albis;
- Lividæ, Nigris;
- Quæ Venas non habent conſpicuas.
- Mammas parvas non tumidas habentes.
- Non rite menſtruantes.
- Utero male temperato, vel Ore Uteri retracto, prono, averſo, concluſo & everſo.

Aphorismi.— *Mulieres, quibus Uterus male temperatus eſt calidior, aridior, frigidior, humidiorve juſto, plerumque ſteriles ſunt.*

Mulieres ſteriles Valetudine magis laborant, quam cæteræ.

Oritur plerumque Sterilitas Fæminarum Vitio, triginta enim Mulieres Steriles in ſingulos Viros impotentes, ſi diviſio fieret, inveniri poſſunt.

Os Tincæ in Sterilibus plerumque tenuius & arctius eſt, quam Fæcundis.

Nonnullæ Sterilitatem pro tempore ſolum patiuntur, quippe quarum Temperies ita Ætate mutatur, ut Procreationi tandem inſerviat.

APHORISMI. — *Falſus ſæpenumero Conceptus in Muliere ſterili, futuræ Fæcunditatis eſt Præcurſor.*

Balnei calidi Uſus adhibitis poſtea Aquis mineralibus, multum prodeſſe poteſt Sterilibus, amovendo Uteri obſtructiones, unde orta eſt Sterilitas.

Mulieres, quæ intermiſſa paucos Annos Prægnatione, pinguiores fiunt, ſæpiſſime in futurum omnino non pariunt.

Sunt & Mulieres, quæ cum Viris aliis ſunt Steriles, aliis Fæcundæ.

Mulieres, quibus parcius profluunt Menſtrua, difficilius concipiunt.

Mulieres, quæ poſt Annos aliquot in Sterilitate conſumptos, tandem concipiunt, ſæpe continuæ Fæcunditatis compotes fiunt, Vaſis Menſtruali Fluxui ſervientibus Prægnatione dilatatis, & in poſterum liberiora factis.

Aquæ in Utero nonnunquam generatæ, non ſemper a Membrana circumcluduntur, ſi Mulier coire non adſuevit.

Hydrops in Ventre, qui durante Prægnatione contigit, poſt Partum ſæpe augetur.

Quamplurimæ Mulieres propter *Abortum* ſeu *Partum difficilem*, Steriles evadunt, ob *inſignes Lacerationes* quæ Uteri Diſpoſitiones omnino evertunt; & Mulierum mortuarum Autopſia, non raro obſervamus *Tubas Fallopianas* non ſolum circa Uteri introitum claudi

&

& cohæreſcere, ſed etiam circa extremitatem earundem fimbriatam, & magis apertam, ubi dum Placentam paulo arctius adhærentem, extraheret *Obſtetrix imperita*, & violentiſſime tractaretur; & coalitione orta extremitatis Fimbriatæ Tubarum, ab Inflammatione qua Partes Utero contiguæ correptæ ſunt, poſt aborſum, ſeu Partum laborioſum male adminiſtratum: Unde abunde liquet, quam exitioſum ſit, in Partu, vel Abortu difficili, *Obſtetricantibus uti imperitis, aut etiam Medicis vel Chirurgis, non ſatis inſtructis & exercitatis in Arte obſtetricaria.*

Conceptio.
- Quid?
- Signa ex
  - Venerei Appetitus Æſtu.
  - Languoris tempore.
  - Uteri *ſiccitate* & quadam *Suctione* a Coitu.
  - Calore & Motu in Pelvi; qui *Extaſis ſecundaria*.
  - Appetitu a ſolitis ad inſolita translato.
  - Nauſea.
  - Vomitu.
  - Virium proſtratione per duos Menſes.
  - Menſtruis ſuppreſſis cum Euphoria.
  - Abdominis complanatione.
  - Ore Tincæ
    - clauſo.
    - aucto.
    - molli.
  - Abdomine antrorſum & deorſum ſine Moleſtia tumido.
  - Umbilico elevato.
  - Motu Fœtus quarto Menſe.
  - Ore Tincæ attenuato ſexto Menſe.
  - Mammis & Papillis
    - duris.
    - tumidis.
    - elevatis.
  - Areolis Mammarum papilloſis.
  - His quandoq; accedit
    - Efflореſcentia in cute.
    - Somnolentia.

APHORISMI.— *Quæ præter Naturam craſſæ ſunt non concipiunt, iis Omentum Os Uteri comprimit, neque priusquam extenuentur, Prægnantes efficiuntur.*

Quæ frigidos & denſos habent Uteros, non concipiunt, neque quæ præhumidos habent: ſiquidem in ipſis genitura extinguitur, & quæ plus æquo ſiccas & adurentes; Alimenti namque inopia Semen corrumpitur, atque ex utrisque moderatam nactæ ſunt Temperiem, eæ Fœcundæ evadunt.

Si Mulieri purgationes non prodeant, neque Horrore, neque Febre ſuccedente, Ciborum vero Faſtidia ei accidunt, Gravidam eſſe exiſtimato.

Plurimæ Mulieres ineuntem Conceptionem ignorant, Menſtruis, duobus prioribus Menſibus rite profluentibus, ideoque ſibi videntur ſeptimo vel octavo Menſe peperiſſe, cum revera novem toti Menſes ſint peracti.

Mulieres intra ſextum poſt Menſtruorum evacuationem Diem, multo facilius, quam alias, concipiunt.

Totum Fœtus Corpus formatur primo Conceptus Die, & tunc Temporis Semine Milii non grandius eſt; reliquum autem geſtandi Tempus ſolum Vires Magnitudinemque addit.

Superfœtatio nequaquam fieri poteſt, niſi poſt ſextum a Conceptu Diem, quia neceſſe eſt ſecunda ſe immis-

Aphorismi. — *immiſceat primæ quæ Membranam, qua ſatis tueatur nondum ſit adepta.*

Superfœtatio inter ſeptimum & triceſimum poſt conceptum Diem, ſi ulla unquam fieri poteſt, ſemper evenit.

Si qua Imaginationis vis Prægnantium Fœtus Corpori notas poſſit imprimere, (ſunt enim qui hoc credunt) non niſi primis a Conceptu Diebus fieri poteſt.

Infans poſt novem totos Menſes peractos enatus undecim plerumque vel duodecim Libras Zygoſtaticas ponderat, Fœtus Menſium octo, Libras ſeptem vel octo; ſeptem Menſium Fœtus circiter quatuor Libras; trium Menſium Fœtus tres uncias non excedit; unius autem Menſis Fœtus ſemidrachmam; decem Dierum ſemigranum; unde Fœtum primo conceptus Die non excedere Magnitudinem ſeminis Milii facile poteſt intelligi.

Gravidæ quædam motum Fœtus primo Menſe peracto percipiunt, complures non niſi poſt ſex ſeptimanas vel duos Menſes, pleræque vero ſub finem Menſis tertii, aliæ autem quarto demum menſe motum perſentiunt.

Utero geſtant plerumque Mulieres novem Menſes, & licet quibusdam complures addantur Dies, decimum ſeu undecimum menſem nunquam excedunt.

Infantes poſt juſtum novem menſium terminum nati, grandiores ſolito ſunt.

Quo

APHORISMI. — *Quo propius accedit Fœtus ad juſtum terminum eo ſemper firmior & grandior ſolet evadere.*

Infantes, quos ſeptimus revera menſis protulit, variſſime vivunt, e numero autem eorum, quos in Lucem edidit Menſis octavus, Pars major Vitæ compotes fiunt, adſit modo nutrix diligens & perita.

- Conceptiones falſæ
  - Ventus.
  - Aqua.
  - Mola.

- Conceptio aquoſa.
  - Situs? in
    - Ovariis
    - Utero
    - Unde?
  - Signa? ex
    - Abdominis
      - Dolore
      - Forma
      - Unde?
    - Colore Vultus pallidiore.
  - Curatio
    - Purgantibus,
    - Chalybeatis,
    - Balneis,
    - Emeticis,
    - ordine uſurpatis.

- ConceptioMolæ
  - Quid?
  - Unde?
  - Signa? ex
    - Ventre
      - duriore.
      - magis dolente.
    - Motu
      - raro.
      - diverſo.
    - Gravitate magis moleſta.
    - Mammis flaccidis.
  - Curatio?

APHORISMI. — *Mulieres falſa Prægnatione gravidæ, Ventrem habent undique æqualiter extenſum, iis vero, quæ Fœtum in Utero revera gerunt, gibboſior eminet Venter.*

Cum dubitum ſit, an Mulier conceperit necne, poſt quartum quintumve Menſem peractum, ſi Umbilicus introrſum depreſſus ſit, & Os Uteri arctum & durum, tum demum Mulierem non concepiſſe profiteri licet.

Indicia Prægnationis incerta Mulieribus non juſtis Tempeſtatibus menſtruantibus plerumque accidunt, præcipue Annum Ætatis triceſimum quintum vel quadrageſimum agentibus.

Ea vero quæ de ſe narrat ipſa Mulier, modo fida ſit, certiſſimo erunt Prægnationis indicio.

In Fœtatione vera, Infans ſeipſum Parteſque ſui movet, ſed Mola unicum habet motum hinc illinc decidendi, fortaſſe etiam convulſivus quidam Tremor, quem dat Uterus exinde irritatus, ſentiri poteſt.

Mola nihil aliud eſt, quam Conceptio falſa, quæ manendo in Utero ultra Tempus, in quo Natura huiusmodi Materiam extraneam ſolet expellere, incrementum magnum accepit.

Falſa Conceptio ſive Mola, nulli unquam Mulieri citra coitum, contingit.

Aphorismi. — *Molæ non niſi in Uteris Mulierum generantur, in cæteris Animalibus raro aut nunquam inveniuntur, quippe quæ plerumque non niſi certis Temporibus coeunt, idque quum natura ad veram Conceptionem parata ſit.*

Mola nullam Placentam, nullum Funem habet, cum ipſa plerumque nihil aliud ſit quam quædam placenta morboſa, ex qua Fœtus latens evaſit, in primis poſt conceptum diebus.

Cum veræ molæ conceptiones ſint prægrandes, id Genus Corpora præternaturalia raro ultra juſtum terminum pariendi, in Utero manent.

Imo hæ Conceptiones falſæ, ſæpiſſime ante tertium expelluntur.

Morborum omnium Naturam *inveſtigandi Methodus.*

AD ſanandum Morbum quemlibet certa ipſius Morbi & aptisſimi Remedii Cognitio perneceſſaria eſt, fieri enim non poteſt, ut ſanetur Morbus ſecundum Artem, cujus *Natura* latet Artificem; qua quidem parum ſcienter explorata, multorum ſæpe Medicorum periit Labor & Sedulitas; utpote qui ex Symptomatibus Diagnoſticis nihil ferme niſi Nomen morbi collegerint, dum *ſecundariis* & fortuitis Symptomatibus tanquam monitoribus in curando uſi ſunt: Quum vera Morbi *Natura* rectiſſime ſemper ex Diagnoſticis ſolis quæratur, & illorum indiciis freti, Indicationes vere curativas, Morbi Remedium indigitantes, inveniemus: & cum hæ Indicationes, ex Ratiocinatione de Naturæ *Phænomenis* facta colligantur, ut quisque maxime *Oeconomiam animalem* exploratam habet, ita facillime Morbi alicujus *Naturam* intellecturus eſt; Neque enim niſi *penitus*, intellecta *Oeconomia animali*, poſſumus de *Cauſis*, *Signis* & *Symptomatibus* Morborum ita ratiocinari, ut eorum *Naturas* deprehendamus, & inde fidas & certas *Curationis Indicationes* deducamus. Hæ igitur, quæ ſequuntur, pernoſcere oportet, ut recte intelligatur ipſus Morbus; ſcilicet,

1. Cauſam proximam & Morbum ſemper concomitantem,
2. Sedem Parteſque vitiatas,
3. Meatus, per quos Malum progreditur,
4. Signa ejus inſeparabilia,
5. Symptomata, quæ Morbo cuiquam adeſſe ſolent,
6. Singula Symptomata, diſcretim ita ut internoſcantur.

In his Rebus præcipuis, quo minus quis erraverit, eo felicius Morborum curationi operam navabit, his enim recta itur ad ſanationem.

Nihil autem magis eſt neceſſarium quam ut *Morbus* & *Symptoma* internoſcantur, nec levis impendenda eſt huic rei diligentia; hic enim nonnulli ferme omnium ſeculorum, ex iis etiam, qui inter peritiſſimos habebantur, allucinati ſunt: Et huius rei ſane inſcientia, maximo (ſi non ſolo) impedimento eſt, quo minus Medici ſæpe veram Morbi alicuius originem deprehendant, cum id eſſe *Morbum ipſum* exiſtiment, quod nihil aliud eſt, quam Morbi Symptoma; imo fortaſſe, ab ipſo Morbo longe adeo abeſt, ut ne quidem Signum characteriſticum ſit Morbi, ſed *Symptomatis tantum Symptoma:* Dantur enim ea perſæpe Symptomata, quæ non *ex proxima & ſemper adjuncta Cauſa* Morbi, ſed ex priore aliquo ſymptomate enaſcuntur, usque adeo conſulto Opus eſt, ut *proximam & immediatam Cauſam*, *Symptomata* ſive *Accidentia* rite internoſcas.

Exemplo ſit Dolor Dentium: Eſſentia hujus Morbi genuina eſt Perioſtii diſtenſio violenta ab Humore aliquo facta, unde, hujus Membranæ forma ſituque vi permutatis, *Moleſtia* excitatur gravisſima, quæ quidem non eſt ipſus Morbus, ſed Morbi Diagnoſticon, & Humor iſte, a quo fit moleſtia, *Morbus eſt;* ſiqua vero *Inflammatio*, *Febris*, vel *Genarum Tumor* ſequitur, harum nullum eſt Morbi Diagnoſticon, ſed ex Moleſtia oritur, quæ ut diximus, eſt Diagnoſticon vel Signum characteriſticum Morbi, illorum unumquodque eſt Symptoma Symptomatis.

De Diagnoſticis Morborum.

MORBORUM Signa characteriſtica quæ Diagnoſtica vocamus, ea ſunt, quæ ab Initio adſunt & eodem ipſo quo Morbus tem-

tempore nati, quaſi una adoleſcunt, conſeneſcunt, & decedunt. Et hæc ſola ſunt certa Morborum Signa; alia Signa, ſive Symptomata quæ Morbum non immediate ſequuntur, ejusque *effectus proprii* non ſunt, quippe quæ non ſemper adſint, fallacia ſunt, quibus Fides minime habenda eſt, & quæ in errorem duxerunt aliquando Homines ſcientiſſimos.

Signa igitur hæc Fallacia, inter *propria Symptomata* alicujus Morbi non ſunt numeranda, ſed inter ſecundaria ſcilicet provenientia ex quodam proprio Symptomate, & nimirum ſunt Symptomata Symptomatum; *vera* enim & *propria* Diagnoſtica Morbi cum illo pariter Initium & Finem ſortiuntur, pariter matureſcunt, conſidunt, & evaneſcunt, & ex his Signis Indicationes curativæ omnino colligendæ ſunt.

De Symptomatis Morborum.

QUOD ad Symptomata alicujus Morbi attinet, imprimis Symptomata univerſa ab ipſo Morbo caute diſcernenda ſunt, ſingula deinde inter ſe diſtinguenda ſunt; id eſt, ea quæ continuo ex Morbo oriuntur & ſimul vaneſcunt, ab iis diſtinguenda ſunt, quæ non Morbus ipſe, ſed ejus Symptomata tantum pepererunt. Et ea Symptomata, quæ usque ita Morbo adhærent, ut ſimul naſcantur, ſimul decedant, ſicut ſupra obſervavimus, ſola certa Morbi ſunt Indicia.

Ut Exemplo familiari autem, dilucidior fiat hæc Res, eodem quo ſupra, iterum utamur, ſcilicet *Dolore Dentium:* Hic *Moleſtia* præcipuum eſt & graviſſimum Symptoma, non tamen ipſus eſt Morbus, nec Morbi Cauſa, imo haud ſimplex Symptoma eſt, quandoquidem ab ea alia etiam naſci ſolent, nempe *Febris*, *Inflammatio*, *Genarum Tumores* & huiusmodi, (præſertim ſi Moleſtia fiat acerrima) quæ quidem, cum ex *moleſtiæ* acerbitate proveniant,

Symptomata ſunt Symptomatis tantum; *Febris* porro, & *Inflam matio*, &c. nec totaliter, nec ex parte, Dentium Dolorem pariunt; Dolere enim Dentes poſſunt abſque his, idque ſæpiſſime evenit: *Tumor* autem neque ſimul cum Morbo oritur neque conſidit, imo non ſemper adeſt, neque eſt ejusdem generis atque *Humor* Moleſtiam exciens; ſed ſolum ſymptoma eſt hujus Morbi, vi Moleſtiæ excitatum, & Partium conſenſu Humorumque affluxu conflatum.

Jam tandem, uti ſperamus, ob Oculos ita perſpicue poſita eſt *Naturam* & Cauſam Morborum inveſtigandi Methodus, explorando ſcilicet Sedem, Parteſque affectas, & dignoſcendo Diagnoſtica & Symptomata, ut manifeſte pateat, quam neceſſe ſit, non tantum Diagnoſtica & Symptomata, a Morbo, ſed hæc, etiam ab illis, recte diſtinguere: Hinc autem quæ potiſſimum Remedia adhibenda ſint, ad ſanandum quemvis Morbum melius judicari poteſt; neque ſane prius ſperanda eſt ſanatio, quam penitus cognoſcatur morbus.

Ex hac etiam Methodo, dum morbum perſcrutamur, ea ſimul diſcimus Indicia, per quæ ſola, fidenter de Morbo prognoſticare licet, *hoc eſt*, *quis Caſus Ægrotum maneat prædicere;* id autem recte fieri non poteſt, niſi, explorata morbi natura, ejus Quantitas & Vis, ſimul cum robore naturali ægrotantis, & medicinæ virtute, quaſi trutina ſuſpendatur; Prognoſtica igitur non niſi ex diſquiſitis morbi diagnoſticis, poſſunt colligi; ex quibus, *qualis quantusque* ſit morbus, *quantæque* ſimul ægrotantis vires comperimus. Porro ut hac methodo medicinarum quoque vires, efficaciamque docemur, ita ipſæ medicinæ lucem referunt, & magna ex parte judicium de morbo obfirmant, ſicut Hippocrates ſcienter dixit. Medicina eſt morbi index.

Hac igitur methodo morborum omnium, quibus humanum Corpus unquam tentatum eſt, vel tentari poteſt, *Naturam* inveſtigamus; & ſiquando novus, & adhuc inauditus morbus enaſcatur,

hac *Naturam* ejus enucleatam habebimus, hac quibus Remediis ſanari poterit, diſcemus; Morbum enim dignoſcere, eſt Sanationis Principium.

Optimus ferme quisque Medicus eam Morbos curandi Methodum, quæ Indicationibus deductis ex *perſpectis cauſis conjunctis* nititur, comprobavit. Harum autem cauſarum cognitionem nemo ſine diligenti & aſſidua Obſervatione & Recognitione *Phænomenorum* iſtorum quæ ſinguli ſuis Temporibus Morbi exhibere ſolent, poteſt aſſequi: Quicunque igitur *Hiſtorias* Morborum percalluerit, eorum etiam *naturam hac mothodo* inveſtigare poterit; nam manca foret Ars Medica, niſi *Phyſica Scientia Hiſtoriæ morborum Cognitioni accedat*, nempe,

Alterius ſic altera poſcit opem,

ut hac recte uti absque illa nequeamus; & quo plenius *Oeconomiam Animalem* perſpexerimus, eo certius & facilius Morborum *Naturam* expiſcabimur.

„*Omnis enim Philoſophiæ Difficultas in eo verſari videtur, ut a* „*Phænomenis motuum, inveſtigemus Vires Naturæ, deinde ab his* „*Viribus demonſtremus Phænomena reliqua.*„

Hæc eſt magni *Newtoni* Obſervatio.

Ita mutatis mutandis confido, & datis cujusvis Morbi Symptomatibus, ejusdem etiam *Natura*, his modis inveſtigandi, facile erui & explicari poteſt.

Hanc Morborum *Naturam* inveſtigandi Methodum, (quam ex optimis Auctoribus dudum collegi, propter eam quam mecum inſtitueram medendi rationem,) omnibus iis Morborum *Hiſtoriis*, quarum Auctores Cauſas certas, Signa & Symptomata rite deſcripſerant, & diverſas ejusdem Morbi Species accurate diſtinxerant,

rant, omnibusque iis Morbis & eorum ſingulis *Phænomenis*, quorum curationi ipſe interfuerim, ſedulo ſemper accommodaui: & cum plurimum utilitatis ipſe inde perceperim, nullus dubito, quin hi omnes, qui ea qua par eſt diligentia, his inſtiterint veſtigiis, id commodi ſint inventuri, quod Ægrotantibus proſit, ſibi ipſis ſatisfaciat.

Gravidarum Morbi.

- Vomitus
  - Unde?
  - Quo tempore
    - incipit?
    - deſinit.
  - Effectus? Abortio.
  - Curatio
    - Venæſectione.
    - Leni Catharſi.
    - Stomachicis.
  - Uſus? *ſecundum Naturam*, Uteri Expanſio.

- Dolor.
  - Lumborum
  - Renum
  - Inguinis
    - Qualis?
    - Unde? Situ.
    - Curatio
      - Oleoſis.
      - Venæſectione.

- Dolor Mammarum
  - Unde?
  - Curatio?
    - Leni Calore.
    - Oleoſis.
    - Venæſectione.

- Tumor Crurum & Varices
  - Unde?
  - Curatio?
    - Situ.
    - Compreſſione.

Labio-

- Labiorum Tumor
  - Unde?
  - Curatio?
    - Fomentatione.
    - Diureticis.
    - Scarificatione.

- Deſcenſus Uteri
  - Unde? a
    - Violentia quadam.
    - Laxitate naturali.
  - Effectus? Uteri
    - Inflammatio.
    - Tenſio.
  - Curatio
    - Quiete.
    - Situ Corporis.
    - Peſſario.
    - Adſtringentibus topicis.

APHORISMI.— *Deſcenſus Uteri, omnibus temporibus, quibuscunque mulieribus, & vonnunquam etiam Virginibus poteſt accidere; ſed ut funditus invertatur Uterus, non niſi ex continenti poſt Partum accidit.*

Mulieres ante Prægnationem Uteri Deſcenſum paſſæ, inter Parturiendum incedere vel aſſurgere non debent, iisque lecto incumbentibus, facilior & tutior fit Partus, quam Sellæ inſidentibus.

Si alimenta, quæ apprime appetunt Gravidæ, optima & ad Nutritionem maxime idonea non ſint, omnino tamen anteponenda ſunt iis alimentis, quæ fugiunt & oderunt.

Si mulieres gravidæ quidquam frigidius, vel cui glacies ineſt biberint, exinde Colicam Paſſionem ſæpe patiuntur, & Abortionem faciunt.

APHORISMI. — *Mulieres gravidæ, quibus aceſcere ſive ardorem pati ſolet Stomachus, ab acidis fructibus immaturis, ſaccharo abſtineant, vel etiam vinum fugiant, nam vinum ut alimenta in Stomacho aceſcant, efficit, ipſumque eſt acidum.*

Mulieri Abortioni obnoxia, poſt Conceptionem a Coitione omnino abſtinere debet.

Mulier prægnans ſub menſem ſupremum termini debet quieſcere, quia circa hoc Tempus ſeſe vertit Infans, ut naturalem ſitum capiat, & prægnantis motus poteſt efficere, ut Infans, non recto ut debet, ſed obliquo motu, vertatur.

Adſtringentibus inter Curationem Fluoris albi nunquam utendum eſt, niſi Corporis Plenitudine purgationibus, detractione Sanguinis, & id genus idoneis remediis jam ſatis diminuta.

Fluorem album Puellis etiam poſſe accidere a tertio ad quemlibet Ætatis Annum, obſervare licet.

Aquæ minerales Fluore albo laborantibus, modo non geſtent utero, plurimum proſunt.

Uteri Suffocatio ex Suppreſſis & corruptis menſtruis vel Lochiis, oritur.

Odoramenta quæque mulieribus, quarum Uteri ſuffocari adſueverunt, nocent, maxime autem ſi poſt Partum fieri ſolet.

Si mulier prægnans lue venerea afficiatur, idoneis

APHORISMI. — *neis remediis in ſex prioribus geſtationis menſibus impune poteſt uti, in reliquis autem tutius eſt Partum expectare.*

Ulcera venerea labiorum, vaginæ, a ſalivatione facile ſanantur, ſiquæ vero ipſum uterum, ejusve os occupaverint, his nulla medetur Arte.

Si res poſtulat, ut mulier gravida purgetur, ſanguis e brachio amittatur ante aliquot dies.

Mulieribus gravidis, quibus iter longum faciendum eſt, ſanguinem e brachio ſemel amittere debent, aliquot dies antequam iter capeſſant, quo melius injurias, quas itinerandi motus inferre poteſt, evitent.

Varices crurum mulieribus gravidis aperiri non debent, quia illa evacuatio eundem effectum, ac ſi ſanguis ex pede extrahatur habet.

Mulier gravida vel non gravida, Hæmoptyſin, Tuſſim, Ardorem Stomachi vel Uteri Fluxionem patiens, purgari non debet.

Mulieres, quibus ſanguis uterinus in primis geſtandi menſibus profluit, ſanguinis quantitatem modicam e brachio amittant, ſimul & quieſcant, omnino non coeant.

Multum periculi & matri & infanti ſecum afferunt convulſiones, ideoque majus, ſi, intermiſſis paroxyſmis animum mulier non recolligat.

Aphorismi.— *Primiparæ ſæpius convulſionibus afficiuntur, quam iſtæ quibus plures partus contigerunt.*

Convulſiones ante partum periculoſiores ſunt, quam poſt Partum.

Mulieres convulſionibus correptæ, ante vel poſt editum mortuum & putrefactum Infantem, majore diſcrimine laborant, quam ſi vivus foret Infans.

Puerperæ convulſionibus ante vel cito poſt Partum correptæ, nocent emetica, ſanguinis autem miſſio utrinque maxime convenit, niſi a profluvio ſanguinis convulſio oriatur.

Urinæ
- Incontinentia.
- Suppreſſio.
  - Unde?
  - Curatio?

Tuſſis
- Unde?
  - a Sanguine vitiato.
  - ab Utero comprimente Pulmones.
- Effectus? — Abortio.
- Curatio
  - Venæſectione.
  - Oleoſis.
  - Lenitivis.

Aphorismi.— *Tuſſis violentior & frequens Mulieribus gravidis abortionem & profluvia ſæpe adfert.*

Et coitus & prægnatio plurimum mulieribus hæmoptyſi laborantibus, nocent.

APHORISMI. — *Venæſectio in brachio, lac, jus tepidum, taciturnitas, inteſtina parum adſtricta, coitus abſtinentia perquam neceſſaria ſunt mulieribus gravidis, Tuſſi violentiori laborantibus; præſertim ſi Hæmoptyſis adſit.*

Alvi Fluxus
- Effectus? Abortio.
- Curatio?

APHORISMI. — *Diarrhœa ſæpenumero abortionem affert, præſertim ſi dyſenterica ſit.*

Dyſenteria, quæ abortionem attulit, ultra quatuor dies manens, plerumque periculoſa eſt.

Hæmorrhoides
- Unde?
- Effectus?
- Curatio?
  - Situ.
  - Fomentatione.
  - Venæſectione.
  - Apertione.

Febris continua intermittens &c.
- Definitio? — Quæ?
- Cauſa proxima & ſemper conjuncta — Quæ?
- Partes affectæ ſeu Situs?
- Cauſæ
  - Externæ?
  - Internæ?
- Viæ & Meatus, per quos Malum progreditur. Quales?
- Signa diagnoſtica inſeparabilia ſeu pathognomonica, a quibus Indicationes curativæ ſemper ſumi debent. — Quales? Quare?
- Symptomata plerumq; concomitantia — Qualia? earumq; accurata diſtinctio — Quare?
- Indicationes curativæ — Quales?
- Prognoſtica — Quæ?
- Methodus medendi — Quæ?
- Effectus?
  - Abortio.
  - Mors: Unde?

Mulieres gravidæ, ſi forte ſub Partus appropinquationem Febre vel continua vel intermittente laborant, doloribus plerumque ita afficiuntur, ut parturire videantur; Sanguis enim in Uteri & *Placentæ* vaſculis, Humoresque quibus Infans circumcluditur, Ardore quem Febris *Exacerbationes* afferunt admodum rareſiunt, Membranas diſtendunt & inquietudinem Infanti inferunt, unde Dolores, iis quos parturientes patiuntur ſimillimos excitantur. Obſtetrices autem cæterique Obſtetricium exercentes, cum veros inſtantis Partus Dolores adeſſe credant, hos ſæpe proritant & Partum maturare ſtudent; quod ſi jam ingraveſcente Febre, & Vaſculis circa Mulieris genitalia ſupra modum diſtentis efficiant, Mors ſæpe & Matrem & Infantem ſimul obruit.

Illi vero, ſi ſibi, & ægrotanti ſic conſulerent, ut prudentes decet, peritum aliquem Medicum, qui rebus hujusmodi dubiis intereſſet, accerſirent, ut illius opera ſolerti cauſis horum fallacium & periculoſorum Dolorum ſublatis, enixus ſuo tempore accedat, & Partus feliciter conficiatur; Intereſſe *omnium* etiam mihi videtur, ut caveatur, ne Obſtetricibus iisve, qui imperiti rei medicæ obſtetricio dant operam, in rebus arduis, negotium omnino committatur: Admonent enim puerperarum crebræ mortes, quanto periculo temerariis manibus traduntur, & quam neceſſaria ſit Medicinæ ſcientia, ſiquando diverſis cauſis, geſtationi non cognatis obſtetricium implicetur, quarum periculo occurrere omnino medicorum eſt: Neque vero prius occaſionem hanc, unde natus eſt hic ſermo, poſſum dimittere, quam Obſtetricaſtris illis (ut ita dicam) etiam atque etiam ſuaſerim, ne ſe ſolos, tantis Periculis opponere præfidenter audeant, quin Medici alicujus periti conſilio adhibito quam cautiſſime agant, ut non ſolum vitam, ſed Incolumitatem puerperæ conſervent. Nam magna licet ſcioli de ſe ſuisque dotibus temere ſperare ſoleant, haud facile quisquam evadit Medicus, & nemo unquam repente fuit peritiſſimus; multa certe prius ſunt diſcenda, multa prius perſcrutanda, quam ad Medicæ Artis Prudentiam perveniri poſſit: ſi igitur iſti rem æquo animo perpenderent, neceſſe eſſet fateantur ſummæ eſſe temeri-

tatis,

tatis, ſummæ audaciæ, inauſpicatas manus duplici, & matris & infantis vitæ diſcrimini immiſcere.

Sicubi vero nullus ſit, in propinquo medicus, ſua cuique utendum eſt facultate, & pro virili agendum; quo parcius tamen, eo plerumque tutius: nam mea quidem ſententia, ſatius eſt ut naturæ permittatur ſe ipſam expedire, quam ut improbo perturbetur officio, quo, concitatis doloribus præmaturus partus urgeatur. Siquidem inter febrem partus retardandus eſt, nedum incitandus aut etiam capeſſendus, niſi convulſiones graviſſimæ, vel immodica profluvia id ſuadeant, ne ipſo facto infans pereat & mater haud ita multo poſt: Nam ut *Hippocrates* recte dicit, „Si mulier „utero geſtans morbum habuerit non cognatum, in puerperii „purgatione perit.

APHORISMI.— *Plerique fœminarum morbi ex officio uteri male præſtito oriuntur.*

Alia curatio morborum mulieribus gravidis, alia non gravidis, conveniat.

Longe periculoſiſſimi ſunt morbi fœminis utero geſtantibus, quoniam ea remedia, quibus fœtu vacuæ ſanari ſolent, adhiberi non debent.

Si mulier gravida ita morbo aliquo laborat, ut operatione chirurgica inſigniori opus ſit, ſcilicet e calculo in veſica, fiſtula in ano, vel quovis alio hujusmodi operæ pretium erit, (modo res ſinat) operationem, non niſi poſt Partum perfeciſſe.

Mulieres utero geſtantes, plerumque ob ſuppreſſionem menſtruorum ægrotant, contra vero cætera
Anima-

APHORISMI. — *Animalia, quippe quæ non menſtrualia ſint, bona valetudine toto geſtationis tempore frui videntur.*

In omnibus mulierum gravidarum morbis, dum morbi acerbitate magis laborat natura, quam ut evacuationi lochiorum, quæ fœtus eductionem ſequi debent, ſervire poſſit, ſummopere partum prævenire convenit.

Cortex Peruvianus non minus tuto Gravidis, quam quibusvis aliis, in medelam febris dari poteſt.

Morbos, quos ſecum attulit Prægnatio, Partus plerumque adimit, ii vero, qui nullam habent cum Prægnatione Cognationem, poſt Partum graviores ſolent fieri.

Mulieribus infirmis maximeque morbis obnoxiis, Liberos valde ſanos nonnunquam peperiſſe, contingit.

Fluxus menſtrualis quibusdam mulieribus primis utero gerendi menſibus eveniens, debito tempore menſtruorum contingit, adhibitaque cura impune.

Mulieres, quæ abortum faciunt aut pariunt, dum febre continua afficiuntur, maximo Vitæ periculo laborant iſtæ præſertim quarum Febri adſit Fluxio in Pulmones & Aſthmaticæ ſunt.

Fluxus

Fluxus Sanguinis ab Utero.

- Quomodo a Fluxu menſtruo dignoſcendus?
- Signa
  - Os Tincæ apertum.
  - Dolor plerumque præcedens.
  - Violentia quædam præcedens.
  - Subito copioſe effertur.
  - Continuo rivo defluit.
- Effectus
  - Abortio.
  - Mors, ab inanitione.
- Curatio
  - Quiete.
  - Abſtinentia a
    - Venere.
    - Irritantibus.
    - Calefacientibus.
  - Miſſione Sanguinis.
  - Adſtringentibus actu frigidis.
  - Fœtus Eductione.

APHORISMI.— *Mulieres, quibus Sanguis uterinus in primis geſtandi menſibus profluit, Sanguinis quantitatem modicam e Brachio amittant, ſimul & quieſcant, omnino non coeant.*

Profluvia vero immodica, quæ mulieribus gravidis nonnunquam accidunt, ex abrupta Placenta plerumque oriuntur, neque ceſſant, niſi poſt Partum, & quo propius ad Finem Termini accedunt, eo periculoſius habentur hujusmodi Profluvia, quibus ſi crebræ Animi defectiones adſint, mortem ſæpenumero Parenti & Infanti afferunt.

Hæc autem, etiamſi copioſa Profluvia, in menſe

K

tertio

APHORISMI.—*tertio vel ſecundo, impune plerumque accidunt, haud ita tamen in duobus poſtremis.*

In Profluviis immodicis ubi res poſtulat ut educatur Fœtus, multo majore diſcrimine laborant illæ mulieres, quibus Os Tincæ craſſius & durius eſt, quam illæ, quibus tenuius & mollius eſt.

Profluvia immodica una cum Convulſionibus in mulieribus prægnantibus plerumque ſunt Lethalia.

Venæſectio in Brachio perquam neceſſaria ad conſervandas mulieres profluviis immodicis obnoxias; in modicis etiam profluviis multum prodeſſe poterit, fugienda nihilominus inter immodica profluvia.

Ut ex Utero, totius Corporis Plenitudo emittitur, Injectiones adſtringentes adhiberi non debent, niſi profluvium nimis copioſum poſtulet.

Placenta in Oſtio apparente, immodici profluvii cauſa eſt, & ſæpe mortem Puerperæ & Infanti affert, niſi maturatus Partus præveniat.

In quovis prægnationis intervallo, ſi ab immodicis profluviis ſæpius animo deficiat mulier, Eductio Fœtus unicum eſt remedium ad conſervandum & matrem & infantem.

Si parturientis immodica ſint profluvia, membranæ quam citiſſime rumpendæ ſunt, cave tamen ne membranas attrahas, ne abrupta placenta, adaugeat profluvia.

APHO-

Aphorismi.— *Licet Fœtus eductio præſentiſſimum ſit remedium in profluviis immodicis, parum ſæpe prodeſt, quum ſerius adhibetur.*

Si ſanguis uterinus mulieri gravidæ ex uteri fundo profluit, abortio nunquam non ſequitur; ſi vero ex Uteri collo, remedii ſpes reſtat, utque certior fias unde eveniat, obſervandum eſt, an os tincæ ſit apertum an clauſum.

Animi Deliquia crebra, Aurium tinnitus, oculorum hebetudo, vel caligo, mortem propinquam denotant, cum ex immodicis profluviis oriuntur in mulieribus, quarum ſextus prægnationis menſis præteriit; præcipue ſi ictus, vel quodvis aliud infortunium, ſit profluvii cauſa.

	Effluxio	
Emiſſio Fœtus	Expulſio	Quid?
	Partus	

Abortio

- Definitio —— Quæ?
- Cauſa proxima & ſemper conjuncta —— Quæ?
- Partes affectæ ſeu Situs?
- Cauſæ { externæ / internæ } ratione { Plethoræ / Fœtus / Uteri / Matris Morborum / Tumorum / Ulcerum & ſimilium } { futuræ / præſentis } Quæ?
- Viæ & Meatus, per quos Malum progreditur — Quales?
- Signa diagnoſtica inſeparabilia ſeu pathognomonica, a quibus Indicationes curativæ ſumi ſemper debent ——— { Quæ? / Quare? }
- Symptomata plerumque concomitantia, Qualia? earumque accurata Diſtinctio — Quare?
- Indicationes curativæ ſeu præſervativæ — Quales?
- Prognoſtica — Quæ?
- Methodus medendi ſeu potius præſervandi { extra Graviditatem / in Graviditate } ratione { ſex rerum nonnaturalium. / Fœtus. / Matris Morborum. / Uteri. / Tumorum. / Ulcerum ſimiliumque. }

Præmatura

Præmatura Fœtus Excluſio——Quid?

Per Partum immaturum intelligo talem, quo *humanum aliquod Corpus naſcitur*, magnum, parvum, vivum, mortuum, non autem, quem quidam *Abortum* vocant, in quo Membra humana nondum diſtincta apparent, ſed Fœmina vere prægnans ſi aut longe aut breui *ante ſeptimum Menſem* Fœtum emittat vel minimum, is mihi dicitur Partus præmaturus ſive abortus.

Quomodo educendus ſit Fœtus?—

Ore Uteri amplificato, Membrana, ſi obvia ſit, Digitis laceranda eſt, & in ruptam iſtam Membranam Manus quamprimum immittenda eſt, usque ad Pedes Infantis, qui (niſi prævii ſe offerant) ſuo loco quærendi, nec ullum aliud InfantisMembrum apprehendendum ſive in Oſtium primo producendum eſt, etiamſi ipſum Caput prævium ſeſe offerat, gravida enim quum ſit infirma, & plerumque pariendi Doloribus deſtituatur, Fætus Excluſio nequaquam Naturæ committenda eſt.

Aphorismi.—

In Plethora Vena ſecta Abortus præcavetur in Gravidis, parcius vero & in primis præſertim Menſibus, vicibus iteratis, & quaſi per Anticipationem, paucis Diebus a tempore uſitato menſtruandi.

In Cacochymia, Purgatione blanda frequenter iterata, mediis præſertim menſibus geſtationis, uſui aliquando eſt.

Mulieri Uterum gerenti Vena ſecta Abortionem facit, id vero potiſſimum, ſi Fœtus grandior fuerit.

Uterum gerentibus medicamenta purgantia ſunt exhi-

APHORISMI.—*exhibenda, ſi Humor impetu fertur ad Excretionem, quarto menſe & ad ſeptimum usque his tamen minus.*

In minoribus autem & gravioribus Fœtibus, ſubtimide ſe gerere oportet.

Si a Cauſis externis violentioribus, puta Ictu, vel Caſu, & ſimilibus vehemens Dolor & Perturbatio in gravida excitantur; ſtatim, vel ſaltem eodem Die ſequitur Abortus.

Si vero minor fuerit vis cauſæ externæ; ad tertium Diem, Aborſum differri poſſe, quo elapſo, ceſſat Aborſus Periculum. Quare? Remedium — Quid?

Si poſt Lumbagines graves inter geſtandum Utero, Excretiones inuſitatæ ex Utero proveniant, Periculum Abortionis ſummum mulieri imminet, præſertim ſi Excretiones ſanguine inficiantur.

Periculo multo majore laborat Fœmina, quæ abortionem facit, quam quæ debito tempore parturit.

Fluxio Sanguinis immodica Abortionis plerumque Comes eſt.

Infans abortivus in ipſa abjectione perit, vel paulo poſt.

Quanto magis ſubitaneus eſt Aborſus, præſertim a Cauſa aliqua violenta, eo difficilior Placentæ extractio.

Quæ

APHORISMI.— *Quæ ſtatis temporibus abortiunt, Uterum habent prædurum vel prælanguidum.*

Si mulier ſæpius Abortum facit, & eodem tempore ſemper, ut tertio, quarto vel quinto menſe, ab Uteri anguſtia accidit, quæ augeſcentem Fœtum amplius continere non poteſt.

Abortum faciunt Mulieres, quæ Uteros habent flatuoſos, denſos vel parvos.

Quæcunque mediocriter Corpora habentes, ſecundo aut tertio menſe, abortiunt, ſine cauſa manifeſta, iis Acetabula Uteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt propter Pondus Fœtum continere, ſed disrumpuntur.

Abortio ſive Partus naturalis continget, a Mole nimia, Pondere & Morſu.

Mulieri Utero gerenti ſi crebra, & inanis deſidendi voluntas (Teneſmum dicunt) acceſſerit, Abortum facit; idem de Dyſenteria quoque verum eſt.

Mulieri Utero gerenti ſi Alvus multum fluat, Periculum eſt, ne abortiat.

Quæcunque Utero gerentes Febribus detinentur, & vehementer extenuantur citra manifeſtam cauſam, eo difficulter & cum Periculo pariunt, aut in Abortionis Periculum incidunt.

Si Mulieri Utero gerenti, Mammæ ſubito extenuentur, Abortus ſequitur.

Quæ

APHORISMI. — *Quæ præter naturam tenues Utero gerunt, abortiunt, donec pleniores evadunt.*

Aborſus periculoſior eſt ſexto, ſeptimo & octavo menſe.

Fœminæ, quæ laxiorem & humidiorem Uterum habent, ſine noxa, ut plurimum abortiunt, primis potiſſimum menſibus, quia partes iſtæ facile cedunt, unde minor ſequitur moleſtia.

Dolores frequentes, & fere continui, Renes & Lumbos excruciantes & qui verſus Pubem & os Sacrum exporrigantur cum quodam ex Utero egerendi conatu, indicant abortum imminentem, mulieri utero gerenti.

Ni mala urgeant Symptomata, omnis Aborſus ſeu Partus Naturæ committatur, Aquis vero non formatis prohibendus eſt Partus.

Dolores abſque Aquis formatis, Enemate emollienti & carminativo, ſæpe ſedantur.

Hæmorrhagiæ inſignes Utero gerenti ſupervenientes, ad quas Syncope, Deliria, Inflammatio & Convulſiones ſequuntur, mortem inferre ſolent.

Mulierem Utero gerentem morbo quopiam acuto corripi, malum.

Mulieri uterum gerenti, ſi Lac copioſum e mammis effluat, Fœtum imbecillem indicat: Quod ſi ſolidæ mammæ fuerint valentiorem Fœtum ſignificant.

Quæ

APHORISMI.— *Quæ Fœtus corruptura ſunt, iis Mammæ extenuantur.*

Quod ſi duræ evadunt, Dolor erit vel in Mammis, vel in Coxis, vel in Oculis, vel in Genibus, neque Fœtum corrumpunt.

Si Mulieri Utero gerenti Purgationes eant, Fœtus ut bene valeat fieri non poteſt, præſertim in ultimis Menſibus.

Novæ nuptæ Uteri perturbatione orta ex Coitu nimis fervido, & frequentius æquo petito, non raro abortiunt.

Decies tot Abortiones intra duos vel tres primos Geſtationis Menſes fieri ſolent, quot fiunt poſtea, utilius eſt ergo præcautionis cauſa intra duos primos Menſes quam poſt dimidium termini exactum ut plerique ſuadent, mulieri ademiſſe Sanguinem.

Sunt & Mulieres, quæ ut facile concipiunt ita ad Abortionem, nulla manifeſta cauſa proclives ſunt.

Superabundantia Sanguinis Conceptum ſæpe recentem perdit, & Abortionem infert.

Perturbationes Animi violentæ ad Abortionem Mulieres ſæpe impellunt, Timor præſertim ſubitus & Ira repentina.

Emiſſio Aquæ Cruore tinctæ ex Utero Mulieris gravidæ, Abortionis eſt plerumque præcurſor.

APHORISMI. — *Mulier, quæ Abortum fecit* SECUNDAS *difficilius dimittit, quam quæ ſuo tempore peperit.*

Mulieres, quæ Variolis laborantes abortiunt, non ita multo poſt plerumque moriuntur.

Inter abortiendum ante quartum vel quintum Geſtationis Menſem, non eſt, cur ſollicitus ſis de Fœtus poſitione, quem, præ ejus exiguitate, Natura nullo negotio abjectura ſit, qualiscunque Poſitio contigerit.

Cum in Abortibus intra duos vel tres primos Geſtationis Menſes, factis, Uterus ad menſuram Fœtus tantum aperiatur, non raro fit ut Placenta, ampliorem tunc temporis modum ſortita, diutius in Utero retineatur.

Fœtus magnitudo mortui in Abortiis non ſemper ea eſt quam ex Geſtationis intervallo in quo abjiciuntur expectare licet, quippe, magnitudinem ſemper eandem habet ad quam moriens fuit provectus.

Mulieres ad Abortum procliviores, oportet, ut coitum fugiant 5 vel 6 Menſes, & cum primum ſe concepiſſe perceperint, ut quam maxime quieſcant.

Placentæ ſcirrhoſæ ſæpe Abortionem inferunt, cum jam grandior factus eſt Fœtus, iſtiusmodi enim Placentæ obſunt, quo minus Alimenti ſatis idonei ſubminiſtretur.

Infantes præmaturo Partu editi, etſi vivant, raro vocem exprimunt ante finitum tertium Menſem,

APHORISMI.— *ſem, cum nondum valeant Pulmones ad vagitus expreſſo aere exciendos.*

Abortus, quos ipſæ Mulieres ſibi excitant, multo majore fiunt Vitæ periculo, quam qui nulla miniſtrante violentia ſponte fiunt.

Quibusdam Mulierculis tenera adeo debilisque eſt ſuarum Partium compages, ut vel leviſſima Cauſa ut puta, Brachio inconſultius extenſo, Abortum faciant.

Sæpenumero inveniuntur Mulieres, quæ primis Geſtationis Menſibus Abortum faciant, ex ſola temperie ſanguinea.

Ut violentior aut mitior eſt Cauſa ita majus vel minus Periculum Abortus afferunt, ſive ex Medicamentis abortivis, ſive ab externa Injuria, oriantur.

Non poteſt fieri, ut Mulier, abjecto gemellorum altero, ad juſtum terminum alterum geſtet.

De Puerperis earumque Morbis.

- **Poſt Partum agenda.**
  - **Placenta ſeu ſecundæ**
    - Extrahenda.
    - naturaliter quomodo expellatur.
    - Retentæ
      - Signa
        - Dolores quaſi parturientium.
        - Gravitas in Utero.
        - Sanguinis Profluvium.
      - Effectus
        - Sanguinis Fluxus lethalis.
        - Gangræna.
      - Expulſio promovenda
        - Manu
        - Injectionibus.
        - Enematibus.
        - Qualibus?

APHOR. *Placentæ craſſiores, duræ præſertim & ſcirrhoſæ multo majore negotio, quam tenuiores & molliores extrahuntur.*

Color ſæpe & ſubſtantia Placentæ, non vana dant Indicia Valetudinis Puerperæ.

Placenta in Utero relicta poſt præmature abjectum Partum, ſi non ſatis pateat Os Uteri, ut Manu ſine injuria extrahatur, minus Periculi futurum eſt, ſi Naturæ committatur Expulſio.

Placenta ſæpe non tam ex adhæſione ad Uterum, quam ex Ore Uteri contracto ægre extrahitur.

Multo tutius eſt Placentam Manu caute educere, quam Catharcticis & Diureticis medicamentis expellere.

Perperam agunt illi, qui aliquamdiu poſt Partum Mulierem dormire vetant, nihil enim ſomno, (quem ipſa Natura ſuadet) præſentius eſt ad reficiendas vires, & ad deleniendas Perturbationes Puerperii Doloribus concitatas.

Pudenda Mulierum nullis adſtringentibus lavanda ſunt intra quindecim continuos poſt Partum Dies.

Ventres Mulierum a Partu, dum LOCHIA *defluunt, leniter admodum faſciari debent.*

Caven-

- Poſt Partum agenda.
  - Cavendum, ne frigido lædatur Uterus.
  - Labiis applicentur
    - Emollientia.
    - Leniter diſcutientia.
  - Lac
    - alliciendum
      - Calore
      - Oleoſis
      - cum Suctu.
    - avertendum
      - Diſcutientibus.
      - Adſtringentibus.
      - Enemate repetito.
  - Enema alternis Diebus injiciendum. Unde?
  - Conſervanda ſunt Lochia.

Uſus & Abuſus veſicantium in medelam Febrium Puerperarum, Quæ?

De Venæſectione puerperarum Cautiones.

- Lochia.
  - Quid?
  - Duratio? ad Dies quindecim plus minus.
  - Bonorum Signa
    - Color gradatim mutatus.
    - Conſiſtentia æqualis.
    - Nullus Fœtor.
    - Quotidiana diminutio.
  - Nimiorum Cauſæ
    - Vaſorum apertio nimia ſeu laceratio.
    - Sanguinis
      - copia.
      - tenuitas.
      - acrimonia.
  - Nimiorum Effectus
    - Syncope.
    - Convulſiones.
    - Pallor Vultus.
    - Debilitas.
    - Crurum Tumor.
  - Curatio
    - Manu removenda ſunt Sanguinis Coagula, &c.
    - Victus ratione.
    - Quiete.
    - Sanguinis miſſione paulatim, & per intervalla.
    - Fotibus ex oxycrato, &c.

- Lochia Suppreſſorum
  - Cauſæ
    - Uteri Inflammatio.
    - Alvi Fluxus.
    - Animus depreſſus.
    - Adſtringentium Uſus.
  - Symptomata
    - Febris
    - Dolor
      - Capitis.
      - Mammarum.
      - Renum.
      - Lumborum.
      - Uteri.
    - Ventris Tumor.
    - Spiritus Difficultas.
    - Cordis Palpitatio.
    - Syncope.
    - Convulſiones.
    - Delirium.
  - Curatio
    - Enemate.
    - Venæſectione.
    - Salibus aperientibus.
    - Paregoricis.
  - Effectus
    - Sphacelus Uteri.
    - Mors.

Aphorismi.— *Sanguis uterinus, qui ex continenti Partum ſequitur, vermilium colore refert & brevi grumeſcit, reliquo Corporis Sanguini nequaquam abſimilis.*

Errant ſane, qui Lac Mammarum per Uterum Puerperarum dimitti credunt, cum nullum ſit vasculum, qui deduci queat.

Is erit Lochiorum Modus, qui Infantis, utrunque fuerit ſive ſuo tempore, ſive præmature editus, ſive Mas, ſive Fœmina.

Coeuntes cito nimium a Partu Mulieres ſibi Lochiorum Tempus producunt, Uteri continuata Fluxione, ex Irritatione Partium.

Lochiis

APHORISMI.— *Lochiis derepente & omnino ſuppreſſis in primis a Partu Diebus, maxime periclitantur Fæminæ niſi quamprimum aliquod Remedium adhibeatur, Humores enim in vaſculis repreſſi, Inflammationem Uteri aliaque multa mala inferunt.*

Suppreſſio Lochiorum, quæ Partum ſequi debent, plus habet incommodi, quam Menſium intermiſſio.

Si ſuppreſſis Lochiis inflammetur Uterus, e Brachio, potius quam e Pede, mittatur Sanguis.

Animi angores, Mulieribus nunquam magis quam in Puerperio obſunt, tum enim impedimento ſunt, quo minus effluant Lochia.

Mulieres, quæ prægrandes Infantes enixæ ſunt, ſæpe continuo poſt Partum Profluvio Sanguinis laborant, quia Placentæ grandiores ad grandiores attinent Infantes, quorum vaſa perinde atque Uteri vaſa, perampla ſunt.

Mulieres, quæ poſt Partum immodica profluvia ſolent pati, Sanguinem e Brachio amittere, bis terve inter Utero geſtandum, ſemel etiam Partu appropinquante, debent.

Mulieres, quæ in Puerperio immodica paſſæ ſunt profluvia, maximos Capitis Dolores, & Febriculoſitatem, complures Dies experiuntur, diu manet in Vultu pallor, Crura etiam non raro tumefacta ſunt.

Mulieres, quibus in Puerperio immodica profluvia contigere, a Coitu per tres totos Menſes abſtinere debent, primisque poſt Partum menſtruis in Lecto, quam maxime quieſcere.

Dolores

Dolores a Partu
- Unde?
  - a Sanguinis
    - Copia.
    - Craſſitie.
    - Acrimonia.
  - a Flatibus.
  - ab Anguſtia Vaſorum.
  - a Frigore in Uterum ſuſcepto.
- Curatio?
  - interna
    - ſanguinis
      - craſſitiem attenuantibus.
      - acrimoniam temperantibus
  - externa
    - Vaſa Uteri laxantibus.
    - Fotibus.
    - Emplaſtris umbilico applicitis.

APHORISMI. — *Mulieres ſecundis Doloribus a primo Partu minus quam a futuris ſunt obnoxiæ.*

Secundi Dolores, quos Mulieres patiuntur, e Grumis Sanguinis in Utero coagulatis, & poſt Partum retentis plerumque oriuntur.

Mammarum Inflammatio
- Unde?
  - ob Lactis Abundantiam
  - Concretionem, &c.
- Curatio
  - Victu humectante refrigerante
  - Venæſectione
  - Blanda Purgatione
  - Cataplaſmatis, &c.

APHORISMI. — *Adſtringentia, quibus utuntur Puerperæ ſtudentes mammarum formam conſervare, cum lac Infanti præbere nolunt, ibi tumores ſæpe moleſtas & apoſtemata, præcluſis humorum meatibus pariunt.*

Cum primum mammarum apoſtemata fuerint maturata ſatis, detur exitus humoribus, ne diutius

æquo

APHORISMI.— *æquo retenti aceſcant, atque ipſas glandes, & lactis vaſcula corrodant.*

Tumores ſcirrhoſi mammarum, lateri arctius adhærentes, in Cancros plerumque tranſeunt.

Contuſiones / Fiſſuræ — Unde? — Fomentatione.
Curatio? — Emollientibus.

De Puerperarum Febribus.

Febres Puerperarum —

- Febris Lactis peculiaris.
- Miliaris.
- Putrida.
- Tertiana.
- Continua & reliquæ.

  — Singularum Definitiones.

- Cauſa proxima Morbi & ſemper conjuncta — Quæ?
- Partes affectæ ſeu ſitus Morbi —— Quæ?
- Viæ & Meatus, per quos Malum progreditur — Quales?
- Signa diagnoſtica inſeparabilia, ſeu Pathognomonica, a quibus Indicationes curativæ ſemper ſumi debent — Quæ? Quare?
- Symptomata plerumque concomitantia —— Quæ? earumque accurata diſtinctio — Quare?
- Indicationes curativæ —— Quæ?
- Methodus medendi, ſeu Curatio —— Quæ?

Febris Lactis circa tertium aut quartum Puerperii Diem accidere ſolet, cum Lac in Mammis copioſius generari incipit, & inter triduum vel quatriduum, nempe circa nonum Diem plerumque Sudore ſolvitur; ſi vero Diaphoreſis impeditur a frigore incaute admiſſo, illa Febris, quæ per

M ſe

ſe ſalutaris erat, & paucis in Diebus ceſſatura, in Putridam periculoſam mutatur.

Febres putridæ Puerperiis ſupervenientes a tribus Cauſis oriuntur —— Quænam ſunt?

Victus in Febribus Puerperarum —— Qualis?

Quo tempore Sanguinis Miſſio tutius celebretur?

Cautiones quædam de ea re.

Quando exhibenda Purgatio? Cautiones.

In Alvi Fluxu, cum Lochiorum evacuatione conjuncto —— Cautiones Quædam.

Evacuatio Sanguinis inciſa vena miſſi, in iis Febribus curandis, quæ cæteris *Graviditatis* aut *Puerperii* ægrotationibus nonnunquam ſuperveniunt, plerumque neceſſaria eſt; hanc autem evacuationem ſimul & ſemel copioſe fieri debere inter iſtiusmodi Febres haud facile conceditur, cum per intercapedines æque utiliter & multo tutius Sanguis poteſt quaſi interciſe detrahi: Idque mihi in hac Urbe celeberrima late quadantenus Artem medicam exercenti, plus viginti annorum uſus comprobavit. Imo vero in quibuscunque Febribus, ſicut ego exiſtimo cauto opus eſt maximo, ne copia ſanguinis larga uno tempore mittatur, quoniam effectus idem, ſi interpoſitis intervallis fiat, plerumque ſequatur, & iis incommodis, quæ temere effuſo ſanguine oriuntur, difficile ſit, mederi.

Sanguinis quidem miſſionem in omnibus febribus curandis præcipuum eſſe remedium, inter omnes convenit; quæ vero ut idoneo tempore & ad juſtam menſuram fiat (ratione habita & roboris ægrotantis & vis contractivæ vaſculorum,) limato opus eſt judicio: Experientia enim quotidiana docet, plurimum nunc boni nunc mali inde provenire, nec ubi profutura ſit ubi obfutura evacuatio ſatis ſemper conſtat. *Regulam* igitur *de venæſectione tuto peragenda*, quæ me nunquam fefellit, quamque ideo obſervatu digniſſimam cenſeo, (ſub dubiis præſertim *indicationibus*,) lubens impertiar.

Diminutio autem quantitatis ſanguinis, & *momenti* auctio præcipuos eſſe venæſectionis effectus, in confeſſo eſt; ſed ne ægrotantis vires

vires ſimul imminuantur cautio eſt, quod quidem futurum ſit necne ante rem peractam dignoſcere, is eſt nodus, quem nullus unquam Auctor, quem mihi legiſſe contigit, expedivit. Atqui ſi ex miſſo ſanguine ægrotanti vires defecerint, & ſanguinis adaucta fuerit copia, quæ imminui debuerat, (idque non raro fit) maxima ſequentur incommoda, & parum valebunt *potiones cardiacæ*, ad vires, intempeſtive effuſo ſanguine, reficiendas.

Bellinus abunde ſatis demonſtravit *momentum* ſanguinis per venæ ſectionem & augeri & diminui poſſe, cauſasque utriusque effectus addidit. Docetque idem præſentes ægrotantis vires, ſive quantitatem ſive qualitatem ſanguinis reſpicias, eſſe conſiderandas, nullibi tamen (quod ego ſciam,) in hac re judicandi methodum plane tradit.

Methodus autem, quam unice certam inveni, & quam iis qui præceptis ſe meis tradiderint commendo hæc eſt. Quandocunque ſanguinem mitti juſſeris, (in rebus præſertim dubiis,) digito ægrotantis venæ continuo ab inciſa vena admoto obſervandum fortiores an languidiores, (effluente ſanguine,) fiant ictus, (idque ex ſola uncia permiſſa obſervatione ſedula dignoſcatur;) ſi fortiores fiunt ictus, tuto potes pergere; ſin minus, vel ſi languidiores fiunt, incommodis afficietur maximis ægrotans, niſi ſtatim deſinatur: Nam cum cor detracto ſanguine debilitatum ad *Momentum* ſanguinis ſuſtentandum minus ſufficiat, reſidui ſanguinis *lentor* augebitur, & *ſecretiones* impedientur, quæ ſanguinis *Quantitati* incrementum, *Qualitati* vitium, (cum omnino aliud deſideretur ſcilicet, ut diminuta quantitate emendetur qualitas,) non ſine ſummo ægrotantis damno ferent. Hanc igitur Regulam, quam ſolam eſſe certam affirmare auſim, & cujus præſtantiam experientia probavit multa, non poſſum non vehementer tanquam fidam ducem commendare, quotiescunque res in dubio fuerit; eamque multo utiliorem inventum iri, quam primo crederetur perſuaſum habeo: Illud autem certo ſcio, mihi maximo ſemper uſui fuiſſe in opera ægrotantibus præſtanda: Siquando etenim in ambiguo ſit an venæ ſectionem indicationes poſtulent, hac adhibita regula, tuto tentari poteſt, forſan ad ægrotantis commodum; certe ſine ullo periculo, cum nunquam, ſi

vel leviſſimæ adſint *indicationes* venæſectione opus eſſe, ſit cur ex uncia ſanguinis unica detracta damnum aliquod timeatur.

Quoniam igitur non parum refert impune aliquid poſſe in rebus dubiis experiri, idque non ſine ſpe ægrotanti fore remedio, hanc utilem *cautionem* minime fore neglectam confido: Præſertim cum in omnibus tam *acutis* quam *chronicis* morbis, venæſectionis conſequentia ſint incerta, & ea eſſe poſſunt, quæ minime vellemus: Et cum *vis contractiva* vaſculorum ſemper, ante miſſum ſanguinem, & inter ambiguas *indicationes* præcipue, perpendi debet, hac regula, quam tradidi, qui ſemper fuerit uſus, & ægrotantis ſaluti & opinioni ſuæ optime conſuluerit.

De Uteri Deſcenſu, Inflammatione, Scirrho & Cancere.

- Deſcenſus Uteri.
  - Symptomata
    - Dolor
      - Renum.
      - Lumborum.
      - Uteri.
    - Gravitas in Pelve.
    - Urinæ ſuppreſſio.
  - Curatio
    - Evacuatione Abdominis.
    - Situ idoneo.
    - Venæſectione.
    - Fomentatione.
    - Reductione.
    - Peſſario.
    - Adſtringentibus Topicis.

APHORISMI.— *Deſcenſus Uteri, ex Puerperio difficili frequentius fiunt.*

Uterus ita totaliter inverſus, ut reduci nequeat, ſi eo ipſo quo contingit die, Mulierem non interimat, nunquam non Mortem ob continuam ſanguinis fluxionem, tandem adfert.

Mulier,

APHORISMI.— *Mulier, cui deſcenſus Uteri eſt, nulla ventris ligatura uti, nullum onus gravius geſtare aut tollere debet; ſi autem deſcenſus ſit diutinus, peſſarium adhibeat.*

- Uteri Inflammatio
  - Signa
    - Uterus
      - Tumidus.
      - Dolens.
      - Gravis.
      - Tenſus.
    - Dolor ab expulſa — Urina / Alvo — Auctus.
    - Febris vehemens.
    - Spirandi Difficultas.
    - Singultus.
    - Vomitus.
    - Convulſio.
  - Effectus — Mors.
    - Abſceſſus.
    - Scirrhus.
    - Cancer.
    - Sphacelus.
  - Curatio
    - Venæſectione repetita.
    - Diæta refrigerante.
    - Enemate.
    - Injectione
      - emolliente.
      - anodyna.

APHORISMI.— *Inflammatio uteri multum habet periculi, tum autem maxime cum mulieri in primis a difficili Partu diebus accidit.*

Inflammato utero Catharctica nunquam non nocent.

APHORISMI.— *Singultus, Vomitus, Convulſio, Delirium, Venter ſupra modum diſtentus, Puerperæ, cui inflammatur uterus, repentinam mortem portendunt.*

Inflammato Utero adeo coarctatur os tincæ, ut, ſi quid alieni inhæreat, nec expelli, nec extrahi poſſit.

Uteri Scirrhus.
- Signa
  - Os Uteri
    - majus.
    - brevius.
    - magis inæquale.
    - durius.
  - Uteri moles aucta.
  - Gravitas in Pelve.
  - Urinæ Incontinentia.
  - Dolor
    - Renum; Inguinis; Femorum; — Qualis?
- Curatio
  - Refrigerantibus Evacuationibus.
  - Chalybeatis.

APHORISMI.— *Scirrhus in utero malum eſt pertinaciſſimum, & plura ſæpe ſecum affert, quæ Morte demum deſinunt, quia præ tumore, ſupervacuis humoribus liber exitus non datur.*

Cathartica efficaciora, ſi Uterus Scirrho afficitur, nocent.

APHORISMI. — *Scirrhus in Utero, in carcinoma immedicabile, ſæpe tranſit.*

Scirrhus in Utero, Mulierem ſterilem & valetudinariam, per totum Vitæ reliquum tempus reddit.

Tumores alterum uteri latus juxta Inguen, aliquando poſt puerperium dolore afficientes, ægre nec ſine prolixa curatione ſanantur; Qui ſi forte ſuppurati eruperint, Mulieris Vita periclitatur.

- Cancer Uteri
  - Signa
    - Scirrhi Signa.
    - Dolor in Utero pungens.
    - Sanies
      - Seroſa.
      - Fætida.
      - Nigra.
      - Cruenta.
    - Fluxus Sanguinis
      - ſinceri.
      - coagulati.
    - Ulcus in Ore Tincæ
      - ſordidum.
      - inæquale.
    - Dolor ab expulſa
      - Urina } auctus.
      - Alvo } auctus.
  - Effectus? Hæmorrhagia lethalis.
  - Curatio? tota palliativa
    - Refrigerantibus.
    - Emollientibus.
    - Lacteis.
    - Anodynis.

APHORISMI.— *Ulcera mala Corporis temperie orta quæ ipſum Uterum, vel ejus Orificium afficiunt, in* Cancros *immedicabiles nunquam non tranſeunt.*

Cancer uterinus poſt annos aliquot extremos inter angores & cruciatus protractos, quamcunque affecerit, miſere tandem perdit.

Mulieres circiter annum ætatis quadrageſimum vel quadrageſimum octavum, Cancris magis ſunt obnoxiæ, quam antea, tum enim earum menſtrua aut omnino ceſſant, aut juſtis intervallis non fluunt.

Carcinomata vel præcedunt, vel ſequuntur Profluvia ſanguinis, quæ ſi mulieri ſexagenariæ, quam menſtrua jamdudum deſeruere, contigerint, mortemque tandem inferunt.

Mulieres Coitus expertes, rariſſime cancris uterinis afficiuntur.

De Morbis Infantium recens natorum, nec non Puerorum.

Morbi Infantium:
- Contuſiones.
- Imbecillitas.
- Suturæ nimis apertæ.
- Ani Clauſura.
- ——Prolapſus.

Cauſa? Effectus? Curatio? Quæ?

Tormi-

Morbi Infantium

- Tormina Ventris.
- Inflammatio / Protuberantia } Umbilicalis.
- Femoris Inflammatio.
- Aphthæ.
- Diarrhæa.
- Vomitio.
- Excoriatio.
- Exomphalos.
- Lues Venera.
- Hydrocephalos.
- Strabiſmus.
- Tuſſis.
- Tuſſis convulſiva.
- Pavores.
- Dolor / Humiditas } Aurium.
- Putrilago Ventriculi.
- Dentitio duplex.
- Convulſio.
- Vigiliæ.
- Lumbrici.
- Atrophia verminoſa.
- Urinæ Incontinentia.
- Tonſillarum Inflammatio.
- Scabies.
- Pruritus.
- Rachitis.
- Fiſſura Labiorum.
- Ranula.
- Teneſmus.
- Calculus.
- Perniones.
- Macies.
- Coma.

} Cauſſa? Effectus? Curatio? Quæ?

Febres Infantium & Puerorum
- Continuæ.
- Intermittentes.
- Scarlatinæ.
- Hecticæ.
- Varioloſæ.
- Morbilloſæ.
- Dentitione ortæ.
- Verminoſæ & ſimilia.

Singularum Definitiones?

Partes affectæ ſeu Situs?
Cauſa proxima & ſemper concomitans?
Viæ & Meatus per quos malum progreditur?
Signa Diagnoſtica inſeperabilia ſeu Pathognomonica? a quibus Indicationes Curativæ ſemper ſumi debent?
Symptomata plerumque concomitantia? earumque accurata Diſtinctio?
Indicationes Curativæ?
Prognoſtica?
Methodus medendi?
Cavenda?

Regimen recens Natorum?
De Nutrice eligenda Cautiones?
Lac vitioſum — unde? Rectificatio — Quæ?
Morborum Infantilium Cauſa?
Indicatio — Curativa, Quotuplex? — Qualis?
In Curatione Febrium tenellorum prima Indicatio — Quæ?
Puerorum paulo provectiorum Tractatio — Quæ?

Cautiones quædam in medelam Morborum Infantium de
- Purgatione.
- Venæſectione.
- Epiſpaſticis.
- Narcoticis.
- Cardiacis.
- Emeticis.

Sym-

Symptomata univerſa Morbillorum tenellorum omnium — unde?

In medelam Dentitionis difficilis } Cautiones?
Diarrhææ Infantum

Infantes Aphthis producendis proclives unde? Curatio?
An quæ ſpecifice conveniunt Infantum Torminibus?
In Vomitu pertinaci a Lacte vitioſo pendente, Quæ proſint?
In intervallis Convulſionum Infantum quæ ſunt neceſſaria?
In earum Paroxyſmis quæ nocent?
Quæ in Convulſionibus vehementiſſimis magis proſunt?
Frigus ab Infantibus facile ſuſceptum, unde? Curatio?
Nutricis Lac nimis craſſum, unde? Curatio?
Hæc Craſſities Lactis plurimum nocet Infantibus — Quare?
An in ipſis Febribus purgandi ſint Infantes?
In medelam Febrium omnium Cautiones quædam?
In medelam Variolarum & Morbillorum Cautiones?

APHORISMI. — *Infantes peramplis Capitibus enacti plerumque inter Dentitionem, Convulſionibus correpti, moriuntur.*

Infantes qui venereâ Lue imbuti naſcantur, haud ita multò poſt decedunt.

Hæc eveniunt parvis, & recens natis pueris, ſerpentia Oris Ulcera, Aphthæ dictæ, Vomitiones Tuſſes, Vigiliæ, Pavores, circa Umbilicum Inflammationes, Aurium Humiditates.

Ad dentitionem vero progreſſis, Gingivarum ſtimulantes Prurigines, Febres, Convulſiones, Alvi profluvia, idque præcipue cum Caninos Dentes emittere cœperint, & iis, qui maxime craſſi ſunt, & Alvos duras habent.

At iis paulum Ætate progreſſis, Tonſillarum Inflammationem, Vertebræ quæ ad Occipitium eſt interiorem in partem Impulſiones, crebræ anhelationes, Calculi, Lumbrici rotundi, alii tenues, & minuti, in recto inteſtino orti, Aſcarides dicti, Satyriaſmi, Strumæ, & alia Tubercula, præcipue vero prædicta.

Adhuc autem ætate provectioribus, & ad pubertatem progreſſis, ex iis multa, et Febres diuturnæ magis, & Sanguinis ex Naribus Profluvia.

FINIS.

PHILIPPI ADOLPHI BOEHMERI
DISQVISITIONES THEORETICO-PRACTICAE,

QVARVM

PRIMA

DE

SITV VTERI GRAVIDI FOETVSQVE A SEDE PLACENTAE IN VTERO PER REGVLAS MECHANISMI DEDVCENDO AGIT,

ALTERA VERO

PRAESTANTIAM ET VSVM FORCIPIS ANGLICANAE IN PARTV DIFFICILI, EX SITV CAPITIS OBLIQVO, INTRA OSSA PVBIS IMMOBILITER HAERENTIS,

COMMENDAT.

PHILIPPI ADOLPHI BOEHMERI
DISQVISITIO PRIMA
DE SITV VTERI GRAVIDI FOETVSQVE A SEDE PLACENTAE IN VTERO PER REGVLAS MECHANISMI DEDVCENDO.

---

§. I.

P*Lacenta* ſive corpus vaſculoſum, rotundum fere (a), arteriis quam plurimis veniſque nec non ductibus lymphaticis (b) inſtructum, membranis fœtum involventibus circumdatur. Externa, χορίον (c) dicta, ab utraque parte cingitur, qua utpote villoſa, vaſis ſanguiferis et lymphaticis turgente, in ſuperficie (d) convexa utero gra-

(a) *Celeber:* HEISTERVS *compend. anat. p. 108. figura*, inquit, eſt *orbiculata*, & *diametrum habet octo circiter novemque pollicum, craſſitiemque pollicis unius.*

(b) MORGAGNVS lymphatica vaſa in membrana externa vidit *Adverſ. IV.* eadem quoque MERYVS apud *la* MOTTE *Traité complet des accouchemens naturels non naturels & contre nature.*

(c) Χορίον vocatur vel a Χωρέω ſecedo, vel Χωρίον, quod anguſtum denotat locum, in quo fœtus ad ſtatum perfectionis usque naturaliter novem menſes habitat, vel ἀπὸ τȣ͂ Χορȣ͂ a coordinatione vaſorum uti fit in choro.

(d) Pro eo, ac plures nutriuntur fœtus, variat etiam numerus placentarum. Aliquando plures placentæ inter

gravido contigua eſt (e). Interna, quae Ἀμνίος (f) vocatur, tenuior, pellucida magis, priorique non adhæret ſolum, verum

inter ſe connatæ, ratione modi conjunctionis tamen diverſæ & figuræ irregularis ſunt. In connatis in utero fœtibus unica ſolet obſervari placenta, licet gemellorum raræ ſint in uno amnio obſervationes, quas v. g. referunt *E. N. C. Cent. I. & II. Obſ. 172.* MEMOIRES DE *l'* ACADEM. *des* SCIENC. a. 1693. & *Illuſtris* HALLERVS *in erudita fœtus ad pectora connati deſcriptione* p. 2. Idem in gemellis in unum coalitis, contingente an. CIↃ IↃ CCXXXIX. Lutet. Pariſior. ejusmodi partu infelici, a nobis viſum fuit. *Cel.* quoque FRIEDIVS Argentorati in perpetuam rei memoriam conſervat effigiem ejusmodi fere gemellorum, quam TVLPIVS obſerv. medicis l. III. & XXXVIII. p. 247. ſeqq. depingit, *a ſuprema ſcilicet & anteriore thoracis regione ad umbilicum usque adverſa facie ſibimet unitarum, placenta, umbilico ejusque funiculo, hepate diaphragmate, pulmonibus & corde ſimplicibus donatarum, quas e matre* ANNA MARIA ELSASERN *per tres dies parturiente d.* XVIII. *Decembr.* anno CIↃ IↃ CCXXX, *pedibus, capite, dextro prius detruncato, manuali operatione extraxit:*

(e) Ἀμνιός Græcis idem eſt, quod latinis induſium, quia fœtum obvolvit; alii vocis originem ab ἀμνός agnus, ejusque mollitie deducunt. Sicuti vero naturaliter placenta, veteribus etiam hepar uterinum dicta, una cum membranis ſecundo poſt partum excludi ſolet; ita ſecundinarum quoque nomine venit, Gr. τὰ δεύτερα, τὰ ὕστερα Germ. Die Nach-Geburth. Mutter-Kuchen Affter-Bürde vid. MAVRICEAV *Traité des maladies des femmes Groſſes* T. I. p. 248. *On apelle l' arrier faix parcequ' ordinairement il ſort apres l' enfant & qu' il eſt comme une autre faix a la femme.* Idem DEVENTERVS *l. c. p. 41.* nec non VIARDEL *obſervations ſur la practique des Accouchemens* p. 203.

(f) Placentæ cum utero ſit cohæſio mediante chorio recte ita ſentientibus NOORTWYKIO, *la Motte* aliisque. In genere quidem ejus conjunctio HIPPOCRATI & GALENO jam nota, melius tamen perſpecta, ac perfectius modus cohæſionis a recentioribus traditus fuit.

verum continens quoque liquorem amnii, fœtum molliter excipit.

§. II.

Ex parte concava & media fere placentæ vaſa in truncum venoſum duasque arterias ſpiralibus contorſionibus una cum uracho progrediuntur ad fœtum, qui, teſte BOERHAAVIO, *dum exporrectus usque ad radicem placentæ, deſinit in veſicam ſingularem, figura ovalem, propriam a chorio amnioque diſtinctiſſimam, membrana conſtantem ſubtiliori, quam reliquæ duæ, ſitam inter placentam, chorio amnioque obductam, a Græcis* ἀλλαντοειδὴς (g) *nominatam.*

§. III.

fuit. Via enim datur arteriis minimis uterinis in venulas chorei & placentæ; hinc ſecundum obſervationes HOBOCKENI, MALPIGHII, DRELINCVRTII in parte fungoſa chorei vaſa minima & fibrillæ conſpici poſſunt, quæ radiculæ villoſæ chorei quoque dictæ, conſentiente BERGERO, vel ſinulos uteri ingrediuntur, vel ad mentem SANTORINI & GRAAFII a ſyphunculis ſeu vaſculis uterinis, ſanguinem menſtruum exhalantibus, aut poris eiusmodi humorem fundentibus recipiuntur.

(g) Οὐραχὸν in membranam deduci farciminalem, eundemque ſecundum BIDLEVM *obſ. med. pract. & phyſiolog.* aliosque pervium eſſe, teſtantur plurimi. Allegantur obſervationes urinæ per umbilicum redditæ TRANSACTION. PHILOS. ANGL. COMP. *T. IV. p. 96. act.* REG. SCIENT. PARISIENS. *ao. 1701. p. 24. E. N. C. cent. 17. obſ. 14. Cent. VIII. obſ. 35. Dec. I. a. 3. obſ. 208.* Quibus addo unicum teſtimonium D. NEVFVILLE qui *diſſert. medic. de allantoide §. IX. Hoc ipſo,* inquit, *anno egreg. Anatomes Prof.* ALBINVS *publice medicinæ ſtudioſis oſtendit urachum adulti 24 annorum, ad unius pollicis profunditatem pervium, per quem aqua ex veſica faciliter erumpebat.* Interim teſtantur plures v. g. DRE-

§. III.

Adhærent hae ſecundinæ naturaliter *uteri fundo*, qui liber ad omnes dimenſiones expanditur, reliquisque uteri par-

LINCVRTIVS, NEEDHAMVS, BARTHOLINVS, RVYSCHIVS, NOORTWYK, GRAAFIVS ſe neque urachum pervium, neque viam ad farciminalem membranam in ipſo umbilico invenire potuiſſe. Fugit enim urachus progreſſu oculos: hinc ſecundum Illuſtr. HALLERI, dexterrimi anatomici obſervationes urachum attenuari, findi, membraneſcere aliquoties præprimis præterito invenimus anno, quum privatiſſimas inſtituendi exercitationes, commodam ſæpiſſime nacti ſumus occaſionem. Litem autem hic non movebimus, ſed variis ex rationibus et obſervatis fideliſſimorum autorum fere convicti, exiſtentiam hujus membranæ non plane negamus, præprimis cum nobis exoptata diu occaſio contigerit an. CIↃIↃCCXXXIX ſub reditu itineris in Galliam aliasque peregrinas oras ſuſcepti. Lugduni Batavorum membranæ huius præparationem in fœtu apud Celeb. ALBINVM conſpicere, a quo ulteriorem figuræ explanationem, quam aeri incidendam curavit, ac operi magno Anatomico forſan iunget, expectat orbis eruditus. Idem præparatum privatim intuendum benigne communicavit laudatus vir LVDOVICO de NEVFVILLE, quod varias inter hiſtorias ita deſcripſit: *Erat allantois fœtus circiter VII. ſeptimanarum laxe per tenues fibroſos nexus, intra amnion & chorion hærens, perfecte, ubi chorio adhæret placenta, inſtar veſiculæ oblongæ, veſica multo capacioris. Comparebat quoque diſtincte in umbilicali fune Vrachus inſtar tenuis fili albi devians ad latera & deſinens in hanc veſiculam, allantoidem dictam.* Referimus adhuc ad membranæ hujus hiſtoriam, neminem ante NEEDHAMVM, HOBOCKENVM, HALEVM exiſtentiam eius in homine teſte LVDOVICO de NEVFVILLE *diſſ. cit.* eviciſſe, modum tamen deſcriptionis differre. Translata enim fuit a nonnullis figura & fabrica brutina ad hominem, qui mediam inter membranam ac chorion effundi urinam putarunt, affirmantibus id NEEDHAMO, FANTONO, BIDLOO,

partibus craſſior (h) eſt, quum ex copioſe ibi confluentibus vaſculis, intertextis quibusdam fibris, compoſitus ſit, quæ ratione maioris ad hanc partem adfluxus humorum expanſa, ſubſtantiam uteri ſimul augent.

§. IV.

In numerum eorum, qui nullam aliam placentæ ſedem concedunt, quam quæ in fundo uteri eſt, præprimis PE-

LOO, HOBOCKENO DIEMERBROECKIO aliisque. Ab aliis rurſus, ſicuti FALLOPIO, VESALIO, PLATERO placuit, inter chorion & amnion in loco e placenta libero ſedes membranæ hujus conceſſa fuit; ſed vidit HALEVS in abortu allontoidem ovalem, poſitam inter chorei & amnii partem, placentam reſpicientem, illaque anguſtiorem; iuxta deſcriptionem & iconem, TRANSACT. PHILOS. ABRIGD. *IV. p. 71. p. 87. ſeqq:* quo ipſo ALBINI obſervatio ſimul confirmatur. Plura hic non addimus, ſed membranæ hujus ulteriorem dilucidationem, ſecundinarum texturam, diviſionem, liquoris amnii ſecretionem aliaque aliis pertractanda relinquimus, quorum deſcribendæ materiæ ratio completam expoſcit anatomico-phyſiologicam explicationem.

(h) Hactenus vexatiſſima & diu iam inter medicos agitata fuit quæſtio, utrum graviditatis ſtatu uterus attenuetur magis, an craſſeſcat? Sicuti vero GALENI & ARABVM principia, HILDANI & SCHENCKII obſervationibus ratione tenuitatis uteri in prægnantibus ſummæ confirmata, ſtrenue defendit MAVRICAEVS, ita in contrarium rationes ſufficientes obſervationesque ab *E. N. C. D. II. a. 7. obſ. 204. Dec. III. obſ. 103. Vol. III. obſ. 146.* MEMOIRES *de l'* ACAD. *1702. & 1707.* NOORTWYKIO *hiſt. uter. gravid.* DEVENTERO *l. c. p. 29.* & ipſo hujus libri autore p. 4. adductæ ſatis ſuperque probant, uterum pro ratione expanſionis & humorum adfluxus, craſſitie ſimul augeri in illa præprimis, qua placenta nutritur, parte.

(i) Cum

PETRVS DIONISIVS (i) & DEVENTERVS (k) referendi ſunt, quorum vero principia rationi & experientiæ repugnant.

(i) Cum fixam ſedem placentæ in parte uteri ſuperiore poſuerit, miranda ſimul ejus inclareſcendi cupiditas, qua ductus probare annifus fuit, anatomicorum neminem ſufficientem dediſſe adhæſionis placentæ rationem. Lib. enim qui inſcribitur, *Traité general des accouchemens* inquit: *Le placenta ſi neceſſaire pour entretenir la circulation du ſang de la mere a l' enfant, eſt toujours placé a la partie ſuperieure de la cavité de la matrice: les anatomiſtes conviennent de ſa ſituation; mais je n'en ai point vû qui nous ait donné des raiſons, pour quoi il eſt placé plutôt en cet endroit qu' en un autre &c.* Supra enim laudatus RVYSCHIVS, deſcribendo muſculum uteri orbicularem (§. XV. not. g.) uſum hujus ſitus ſufficienter probavit, inſufficienter vero DIONISIVS. Primo enim ſubſtantiam uteri non adeo compactam in fundo quam in lateribus animadverti docet, quo vaſa placentæ mediante membrana chorei villoſa cum uteri vaſis in fundo liberius faciliusque iungerentur, contra ea ob arctam & compactam uteri in lateribus ſtructuram illarum cohæſio impediretur. Argumentum vero infirmo niti fundamento teſtatur ipſa uteri interna ſtructura (§. VI.), & effectus adhæſionis placentæ ad laterales uteri partes confirmat. Pergit eodem §. aliam ſubiungendo cauſam, uteri vaſa ſcilicet copioſiora inveniri in fundo uteri, quam in reliquis eius partibus, neceſſaria ad ovuli nutritionem. Sed aliam nobis ſiſtunt uteri ſtructuram, RVYSCHII GRAAFII, MORGAGNI, BARTHOLINI, MALPIGHII, SANTORINI, HEISTERI, WINSLOI, & reliqui, qui corpus uteri vaſculoſum fibris variis præprimis circa fundum intertextum eſſe tradunt, cuius vaſa capillaria hiant quaquaverſum in cavitatem, & a quibus in loco maxime placentæ contiguo, affluxu ſanguinis materni & tranſudatione ſucci nutritii per poros membranæ chorei villoſæ, ovula nutriuntur. Porro neceſſitatem ſitus placentæ in fundo tam ad peragendum circulationis quam nutritionis negotium requirit, quod ſitu placentæ ad latera vel ante orificium uteri ob fœtus compreſſionem impedi-

gnant. Ratio enim, qua DEVENTERVS contradicentes convincere conatur, inſufficiens eſt, dum lateralem placentæ

pediretur. Quod ſi verum ſit, fœtum e centro gravitatis prolapſum detineri in parte, quæ minus reagit, niſu partis prolapſæ fœtus exiſtente maiore (§. XXIIX.): funiculus tamen umbilicalis, dum ceu ſpecifice levior reſpectu fœtus vel innatat aquis & liber ſuique iuris eſt, uti MAVRICAEVS tradit *lib. cit. T. I. lib. II.* p. 230. *Le cordon de l' enfant flotte au milieu de ſes eaux, ou ne pouvant pas etre comprimé, le mouvement du ſang, n'y peut pas auſſi être comprimé*, vel circumvolutus fœtus partibus, negotium circulationis ac nutritionis non impedit, ſiquidem recens nati, vivi ſanique una cum variis umbilicalis funiculi circa collum & partes extremas circumvolutionibus eiusque nodis vel laxioribus vel ſtrictioribus quotidie in lucem editi, luculentum huius rei exhibent teſtimonium. Deinde oſtendit ſub ſitu placentæ in fundo uteri liberiorem fieri ac faciliorem ſanguinis per venam in fœtum deſcenſum, quam ſub laterali ac anteriori & inferiori placentæ in utero ſede fluidi adſcenſum. Regula quamvis luce meridiana clarior, quum motus fluidorum velocior ſit pro ea ac illa niſu proprio facile deſcendunt (per leg. mot.), falſa tamen eiusdem adpræſentem caſum adplicatio. Funiculus enim umbilicalis, dum vel liber vel circum volutus fœtus partibus fluido amnii innatat, varios angulos format, ſanguinisque progreſſus per venam in fœtum diverſis circuitibus & anfractibus, mox deſcendendo, mox adſcendendo, abſolvitur: vid. DEVENTERVS *lib. cit. cap. XVIII.* ac fig. aeri inciſas. Itaque liquet, non deſcenſu ſolum ſanguinis per venam umbilicalem, aut proprio partium motu, ſed potius leni agitatione uteri placentæque, qui augetur actione muſculorum abdominis ſub in- & exſpiratione, circulum ſanguinis e placenta in fœtum promoveri, conf. B. HOFFMANNVS *med. rat. ſyſtem. Tom. I. ſect. II. c. XII. p. 248.* & BOERHAAVIVS *inſtitut. med. pag. 373. 374.* Demum ovulum uteri fundo quaſi affigi iudicat, ne cum impuris ſuccis, ut ſanguine menſtruo, vel muco quodam, v. g fluore albo ex utero eliminetur, qua ex hypo-

centæ adhæſionem adparentem tantum eſſe affirmat & ab obliquo uteri ſitu provenire contendit. Concedimus quidem

hypotheſi MAVRICAEI ſententiam reiicere conatur, qui recte quidem *libr. cit. T. I. c. VII. p. 39.* facta impraegnatione uteri orificium claudi affirmat, quo ſecundum BOERHAAVIVM *inſtit. med. p. 343. ovum impraegnatum, clauſo jam ſtrictura ſuorum muſculorum utero, contineatur.* Mutationes vero omnes orificii uteri, quas in gravidis animaduertimus, conſiſtunt in extenſione fibrarum orificii uterini, quæ poſtea pro eo, ac illud dilatatur, abbreviantur. Hinc obſervamus primis graviditatis menſibus uteri orificium longius compactiusque eſſe, ſub incremento eius mollius craſſiusque fieri, tandem pro eo ac uterus dilatatur, ita expandi, ut circa tempus partus nil niſi corpus rotundum eiusque in medio rimam certam percipere valeamus, quæ ſucceſſive ita aperitur, ut ſitu fœtus exiſtente naturali, motibusque ad excluſionem ipſius directis, facile per illam fœtui & ſecundinis exitus pateat. Impuritates autem ſeroſo-mucidæ & ſanguineæ, quæ in quibusdam gravidis primis menſibus, immo ſæpius ſine vitæ fœtus periculo, ſingulis menſibus certo & definito tempore effluunt, non ex utero ipſo ſed vagina proveniunt, iis maxime familiares, quæ pro ratione ætatis, temperamenti, vitæ generis, diſpoſitionis partium, genitalium, humorum vel nimiam ſeri vel ſanguinis colligunt quantitatem. Interim erumpente ſanguine ex patulis & a placenta uterina jam ſeparatis vaſculis, periculum vel abortus vel partus præmaturi aut præternaturalis cuiusdam imminet. Fac ſua gaudere veritate adductas ab autore rationes; nunquam accidet partus præternaturalis ex adhæſione placentæ ante uteri orificium, cujus contrarium, cum obſervationibus corroboratur, (§. VII. not. s.) ſententiam illius, & qui in verba ejus jurarunt, infirmam omnino eſſe prædicamus.

(k) L. c. c. IX. p. 37. *Quia ſecundina, ait, parte ſui craſſiore vel placenta fundo tantum uteri adhæret & connectitur, ibique magis quam alibi augetur, ſequitur uterum fundo ſuo multo magis ampliari quam ulla alia parte inferiore. At forte quæret quis.*

dem nonnunquam id fieri poſſe: eiusmodi tamen exceptiones haud tollunt regulam poſſibilis & actualis placentæ cohæſionis cum omnibus uteri partibus, de qua ingenere notandum, partem (l) uteri, cui placenta iungitur, reliqua eius ſubſtantia magis augeri, (m) DEVENTERVM autem eiusmodi augmentum ex præconcepta opinione fundo uteri tantum tribuiſſe.

§. V.

Modus vero poſſibilitatis diverſæ placentæ in utero ſedis, ac inde enati uteri fœtusque ſitus, pro eo ac ovuli fibrilla adhæret, intelligitur ex ipſa uteri ſtructura. Licet vero MALPIGHIVS uteri compagem adeo obſcuram eſſe fatea-

quispiam, pergit in ſequentibus, *qui refutem quorundam obſtetricantium experientiam, qui ſecundinam nonnunquam ad latus uteri haud procul ab orificio reperiſſe, indeque extraxiſſe teſtantur? Cui reſpondeo, iſtorum obſtetricantium teſtimonium mihi non probare, quod iſti homines non obſervato, uterum interdum poſſe obliquari, etiam non obſervaverint, utrum fundus uteri anticam verſus vergat, vel poſticam corporis partem, ideoque nec probe dignoſcere potuerint, quo loco, vel modo ſecundina cohæreat.*

(l) Auctor hujus compendii circumſpecte agit, dum p. 5. placentam uteri fundo *plerumque* ſeu *naturaliter* adhærere teſtatur, intelligit enim *per naturale* id, *quod communiter vel plerumque fit*: conf. verba, quæ p. 4. exſtant.

(m) PORTAL *lib. cui titulus la practique des accouchemens p. 86. Il me vint dans la penſée que je pouvois m' eclaircir d' un doute, ou j' eſtois: ſçavoir ſi la matrice etoit plus epaiſſe a l' endroit où le placenta ſe trouvoit adherent; et l' examinant derechef en toute ſon étendue et circumference, je la ſentis être molette et membraneuſe, et elle me parut de l' epaiſſeur environ de trois à quatre lignes; et je la trouvay au tact plus épaiſſe à l' endroit où le placenta etoit attaché, qu' ailleurs.*

teatur, ut pene impoſſibilem ipſius iudicet reſolutionem, operam tamen iam dedere antiquiſſimi, GALENVS, VESALIVS aliique, quippe qui in ſubſtantiam ejus inquirentes, uterum ex meris membranis, quæ lege naturæ ad incrementum fœtus explicarentur, conſtructum eſſe iudicarunt. Carnoſo autem nerveam uteri ſubſtantiam deprædicat DRELINCOVRTIVS, fibroſam BERGERVS, ſpongioſam GRAAFIVS, BOHNIVS, WINSLOVS, vaſculoſam penitus RVYSCHIVS, *membranis, quibus contextus carnoſus continetur, involutam, in cujus cavitatem internam hiant orificia vaſorum, quæ originem ducunt a tortuoſis, arterioſo-venoſis ſpermaticis, hypogaſtricis & hæmorrhoidalibus inter ſe communicantibus, intertextis lymphaticis* (§. II.) *& fibrillis nerveis* (n).

§. VI.

Miranda hæc uteri ſtructura, quam compages vaſorum fibrarumque circa fundum maxime conſpicuarum membranacea conſtituit, nos docet diſpoſitionem uteri ad recipienda vaſa, quibus placenta intime iungitur. Quamvis vero vaſa teſte WINSLOO (o) plurima conſpiciantur in fundo, orificia tamen reliquorum in alias uteri partes diſtributa

(n) Nervus intercoſtalis, & qui ab ipſo oritur plexus meſentericus inferior non ſolum, verum etiam nervi oſſis ſacri utero quam plurimos largiuntur ramos, cujus rei teſtes habemus præter WINSLOVM, GRAAFIVM, SANTORINVM, Cel. RAYMVNDVM, VIEVSSENS *Neurographia univerſali Tab. XXIII. p. 210. no. 81. 84.*

(o) *Expoſit. anatom. de la ſtructure du corps humain tom. IV. p. 59. La portion de cette membrane, qui couvre le fond de la cavité, eſt percée de quantité de petits trous aſſez ſenſibles, par les quels on fait ſortir des gouttelettes de ſang en preſſant tout le corps de l' uterus.*

buta iniectiones RVYSCHIANAE & ab aliis inſtituta experimenta ſufficienter probant, (p) ſimulque DEVENTERI ſententiam, (q) quoad uteri ſtructuram, confirmant.

§. VII.

Demonſtrant quoque ſitum placentæ in utero diverſum obſervationes conceptuum, qui in tubis Fallopii, ovariis, abdomineque geniti fuerunt, (r) nec non præternatura-

(p) B. CASSEBOHMIVS in utero fœminæ, ultimo geſtationis tempore una cum fœtu extinctæ, vaſa omnia ſanguine repleta per totam uteri invenit ſubſtantiam. Facta iniectione mercurii in arterias & venas iliacas internas, e poris venoſis in cavitatem internam hiantibus, undique guttulas eius effluxiſſe, parum vero, ex arterioſis exſtillaſſe animadvertit. Quæ obſervatio, ſicuti poſtea inſtitutis variis a nobis experimentis & iniectionibus mercurialibus confirmata fuit, nos docet, vaſa diſperſa per totam uteri ſubſtantiam, eiusque diſpoſitionem recipiendi vaſa placentæ, nutritioni fœtus deſtinata: vid. RVYSCHIVS *obſ. anat. I. fig. 12. p. 13.*

(q) DEVENTER l. c. c. IV. *ante inprægnationem*, ait, *fœminis non gravidis & virginibus uterus eſt craſſæ admodum & ſolidiſſimæ ſubſtantiæ, compoſitus ex innumerabili multitudine fibratorum vaſculorum, venis ſcilicet arteriis, nervulis, vaſculisque lymphaticis, interpoſitis particulis muſculoſis, quæ omnia ſcite admodum contexta, commixta & coadunata iſthoc mirabile corpus conſtituunt.*

(r) Fœtus in ovario exemplum citatur IOVRN. *de* MEDICINE *anno 1663.* Ex rupto ovario effuſus fœtus deſcribitur a RIOLANO. LITTRIVS in ovo humano fœtum ſatis perfectum cum funiculo vidit, MEMOIR. DE L' ACAD. *a. 1701. p. 147. an. 1703.* autem *obſ. 14.* de mola quadam in ovario fœminæ reperta fertur.

De fœtu tubario conf. RVYSCHIVS *adverſ. Dec. I. p. 6.* CYPRIANVS *de fœtu tubario.* DEVSINGII *vindiciæ fœtus extra uterum geniti.* Fœtum immaturum ex tuba rupta elapſum deſcribit LITTRIVS *l' Acad. des ſc. 1702. p. 279.*

turales partus ſæpiſſime matri fœtuique funeſti, a placentæ ad uteri orificium aut ejus latera adhæſione provenientes (s).

§. VIII.

Bis conceptionem tubariam vidit DOVGLAS *tract. de cunic. partu.* VASSALIANVS partus, cuius a MAVRICAEO *Lib. I. c. V. p. 88.* mentio ſit, deſcriptus quoque legitur TRANS. PHIL. *n. 47.* Vid. ſimul ELSCHOLZII *diſſ. de conceptu tubar.* DIONIS *cours d'anatomie &* DVVERNEY MEMOIR. DE L'ACADEM. *p. 505.* qui *cit. loc. 1702.* non facile tubarios fœtus ſextum menſem ſuperare obſervavit.

Ratione partuum abdominalium LOVIS-LEGER DE GOVEY libro, cui titulus, *Veritable chirurgie*, obſervavit in virgine quadam gravida facta tumorem circa anum, inque eius cavitate fœtum, in ambitu autem annuli muſculi obliqui eiusque adiacentibus partibus placentam adhærentem. TVLPIVS *obſervat. med. l. IV. c. 40.* embryonis fruſtulatim per alvum excreti mentionem facit. Hiſtoria fœtus maturi, in ventre hepati inſidentis, placenta ad lumbos poſita, utero tubisque integris traditur HIST. DE L'ACAD. 1716 *n. 4.* Exemplum geminorum in tumore ad uterum, ſed integrum adnato poſt aliquot a conceptu annos repertorum extat *E. N. C. Dec. III. anno 4. obſ. 22.* Cæterum inter alios conf. CHAPMAN'S *improvement of Midwifery*, GIFFARD'S *Caſes of Midwifery.*

(s) Placentæ uteri lateribus vel etiam ejus orificio adhærentis quam plurimæ ſunt obſervationes. In caſu priori, poſt correctionem ſitus fœtus obliqui, intime utero adhuc juncta placenta vt plurimum manuali decorticatione ſeparanda & extrahenda eſt: nam STVARTVS, *qui diſſ. de ſecundinis nocivis æque ac ſalutiferis utitur obſervationibus Cel.* FRIEDII, *in genere inquit, dum in obliquo fœtus ſitu poſt partum illi lateri adhærens reperitur placenta, in quo fœtus oblique ſitus fuit, ibi tam firmiter accreta eſt, ut raro more ſolito mediante lenta attractione cum funiculo umbilicali inſtituenda educi, quin potius per manualem decorticationem primum ab utero ſeparari & tum denique extrahi poſſit.* In poſteriori methodus operandi a *Cel.* FRIEDIO, laudata ſatis commendari ſolet, qui eius-

§. VIII.

Quum igitur variis ex rationibus, fundamenti loco ſimul poſitis, indolem vaſorum vteri internorum deduximus, (§. V. VI.) diverſam vero placentæ ſedem obſervationibus probavimus: (§. VII.) effectus tam naturalis quam præternaturalis adhæſionis conſiderari meretur, qui in eo conſiſtit, ut uterus fœtusque vel in ſitu rectilineo detineantur, vel e ſitu perpendiculari dimoveantur, lineamque directionis obliquam accipiant.

§. IX

eiusmodi partum cum hæmorrhagia, vitæque matris fœtusque periculo iunctum nec naturæ committendum, nec opem ipſi iuxta principia MAVRICAEI, DIONISII & *Cel. Chir. Pariſini* GREGORII, ferendam, ſed facta placentæ in tantum ab utero ſeparatione, in quantum jubet neceſſitas manum utero immittendi, ruptisque membranis, fœtum encheireſi quadam manuali pedibus extrahendum iubet. Placentam autem non uni ſemper adhærere uteri loco docent GRAAFIVS, SPIGELIVS RIOLANVS: præprimis in latere dextro *E. N. C. Dec. II. a. 7. obſ.* 204. GOELICKE apud ETTMVLLERVM *Epiſt. probl. in ſiniſtro* TREWIVS, anterius SOC. EDIMB. *II. p. 450. & 128. ſq.* poſterius NOORTWYKIVS, circa orificium, PORTAL. *l. c. p. 207. obſ. XLIII. d'un accouchement ou l'arriere faix ſe preſentoit.* Idem VIARDEL *cap. VII. p. 88.* AMAND. *obſ. XX. Accouchement d'une femme, qui avoit une perte de ſang de puis douze jours, dont l'arriere-faix ſe preſentoit avec un pié de l'enfant p. 118.* LA MOTTE *de la ſortie de l'arriere-faix avant l'enfant T. III. p. 404.* MAVRICEAV *T. I. l. II. c. XXVII. de l'accouchement, au quel l'arriere-faix ſe preſente le premier, ou eſt tout à fait ſorti devant l'enfant.* HIST. DE L'ACAD. DES SCIENC. *1723. obſ. 2.*

(t) A ſpe-

§. IX.

Intelligimus vero per *ſitum uteri gravidi naturalem*, quando linea directionis e centro gravitatis fœtus per orificium uteri ducta, cadit intra baſin fœtus, & gravidæ (§. X.).

§. X.

Baſis gravidæ dicitur ſpatium intra pedes ſitum ordinarium habentes, baſin vero fœtus conſtituunt vel extremum capitis, vel interſtitium intra pedes eius exiſtens.

§. XI.

Sed variat utraque baſis pro eo, ac fœtus locum in utero mutat, diverſa mutationum omnium contingente ratione, pro maiore ſcilicet minoreue uteri dilatatione fœtusque ad omnes dimenſiones extenſione. Creſcente enim fœtu, volumen uteri ſimul augetur; fœtusque, dum ſuperat reactionem aquarum, in ſitu perpendiculari, verſus orificium uteri directo, ad tempus uſque excluſionis detinetur (t).

§. XII.

(t) A ſpecifica gravitate fœtus in utero, membranis (§. I.) quæ humorem ſimul nutritium continent inveſtiti, triplex contingit loci mutatio. Facta enim imprægnatione, ovuli fibrilla utpote ſpecifice levior ovulo, fertur naturaliter ad uteri fundum ac partem ejus ſuperiorem. Deinde pro ratione incrementi fit vel ejusdem ſpecificæ gravitatis cum fluido, vel ſpecifice gravior tendit a ſuperiori ad partem uteri inferiorem ſeu eius orificium. Exiſtente igitur actione fluidi ad peripheriam uteri huiusque reactione verſus fœtum æquali, ſitum retinet perpendicularem A. B. Tab. I. Fig. I. ſeu linea directionis cadit intra baſin fœ-

tus

§. XII.

Hinc diverſi actus vel in ipſo graviditatis ſtatu vel tempore partus conſiderandi ſunt. *Primus* conſiſtit in motu, qui ob niſum fœtus verſus latera aut orificium uteri liquori amnii, membranis, uteroque imprimitur, illaque ad reactionem cogit; *alter* in reactione uteri verſus fœtum directa.

§. XIII.

Reactio, ſeu actio uteri in fœtum vergit a punctis peripheriphe-

tus & gravidæ. Mirum itaque non eſt, ſi tertio & reliquis menſibus ſitum fœtus inquirere poſſis; nam exploranti circa hæc tempora tactu orificium vel ſubſtantiam uteri, ſub ſitu fœtus naturali occurrit rotundum corpus, caput ſcilicet, quod circa octavum vel nonum menſem globum quaſi formando, partem uteri inferiorem ſphæricam reddit; difficulter tamen diſtinguendum teſte VAN HOORNIO a natibus, ſiquidem hæ partes volumen maius replendo, ejusmodi fere figuram repræſentant. Partes vero acutæ utpote extremitates ante orificium ſitæ ipſi acutam imprimunt formam, figuramque abdominis valde inæqualem reddunt. Tantum itaque, abeſt, ut verſionem fœtus in utero, quæ, ſicuti vulgo fertur, das Kind hat ſich gewendet, octavo menſe a ſuperiori ad inferiorem uteri partem ſeu deorſum fieri ab autore noſtro & aliis dicitur, dictumque antiquitus fuit, concedamus, ut potius affirmemus, tendere fœtum verſus orificium uteri vel parte ſpecifice graviori, vel pro ratione actionis fœtus & reactionis uteri mutata, ibique ad tempus usque partus detineri, donec ultimo geſtationis tempore, deſcenſu uteri in pelvim (germ. der Leib hat ſich geſencket,) nova quædam abdominis ejusque figuræ contingat mutatio, qua fit, ut gravida tunc temporis, vel pro ratione ſitus fœtus, vel molis veſicæ urinariæ inteſtino recto aliisque incumbentis partibus, varia ſentiat incommoda. *Vid. diſſert. ſub præſidio noſtro habit. de inverſione & prolapſu uteri eiusque vaginæ relaxatione §. VII. not.* i. *p. 12.*

ripheriæ totius uteri, membranarum ac placentæ verſus fœtum ita, ut ab utroque placentæ latere preſſione ad punctum intermedium tendente, æqualis fiat motus fœtus, quo in centro gravitatis contineatur.

§. XIV.

Patet hoc ex Tab. I. Fig. I. cuius linea perpendicularis A. B. indicat ſitum uteri naturalem, in quo placenta a. a. & fundus uteri B, e diametro opponuntur orificio eius in puncto A. Punctum C. delineat centrum intermedium, (u) verſus quod motus fluidi uterini, fœtum circumdantis & membranis c. c. c. c. &c. obvolventis, continua reactione uteri in punctis b. b. b. b. &c. dirigitur, quo ſub in-& exſpiratione, actione uteri quaquaverſum ab utroque placentæ latere exiſtente æquali, fœtus ſpatio c. c. c. &c. incluſus, eundem ſemper retineat ſitum lineæ A. B. perpendicularem.

§. XV.

Itaque reactio erit æqualis, quando placenta a. a. a. in fundo uteri B. ſita e diametro reſpondet orificio in puncto A. Nam hæc tunc in fundo maior exiſtit, cum eius in centro fibræ circulares, quas RVYSCHIVS (x) deſcripſit, initium

(u) DIONIS. *l. c. p. 185. l' enfant eſt toujours placé dans le milieu de la matrice.*

(x) *Tract. anatom. de muſculo in fundo uteri obſervato p. 9. Eſt muſculus orbicularis* i. e. *muſculus ex fibris circularibus conſtans, quarum ſubſtantia admodum craſſa videtur ad præſtanda obſequia a Deo demandatus, ſcil. ad depulſionem ſecundinarum fœtus : conf.* epiſtola HECQVETI *de muſculo* RVYSCHIANO, quo

initium ſumunt, quarumque niſus, tanquam e centro fornicis verſus latera per fibras diſtributus, æqualiter fit (per leg. mot.); inæqualem vero actionem producet placenta extra centrum gravitatis fundi uteri poſita (y), ſi latus, cujus parti v. g. Tab. I. Fig. III. H. F. G. adhæret, gravitate, adeoque & motu ſuperaverit alterum ipſi oppoſitum (§. XXII.).

§. XVI.

quo ſpectant ea, quæ EDIMB. *Soc. II. & IV.* exſtant, & B. HVMMELIVS reiteratis obſervationibus & experimentis confirmavit COMM. LIT. an. 1738. 1739. quamvis icon a RVYSCHIANA delineatione differre videatur. Hinc GRAAFIVS uterum aliquid carnei in fundo præ ſe ferre docet, quo excluſio fœtus, ſecundinarum, menſium ac lochiorum eo felicius ſuccederet, & BOERHAAVIVS *inſtitut. med. p. 353.* refert, *fibras uteri validas maxime in loco placentæ contiguo animadverti, ut contractione orbicularis muſculoſæ machinæ, fœtus cum ſecundinis &c. expellatur.*

(y) Motuum uteri inæqualitas a præternaturali placentæ ſede proveniens patet quoque ex ſequentibus, quæ laudatus RVYSCHIVS cit. loc. tradit. *Quum itaque placenta muſculo huic adpoſita hæret, quod plerumque ſecundum naturæ curſum evenit; tum placenta* (princeps ſecundinarum) *mature & ſine mole per muſculum hunc depellatur, aſt quando loco perverſo lateri ejus annititur, ut muſculum in auxilium vocare nequeat, id eſt, ſi extra ſphæram activitatis ſita eſt, tum placenta tanta violentia crebro adhæret, ut nonniſi vi extrahi poſſit.* His fibris elaſticitatem uteri augeri, teſtatur ſimul BERGERVS, *de natura humana*, ac MALPIGHIVS docet, mediantibus iis uterum vim extenſionis & contractionis acquirere, iisque in faſciculos coagmentatis ac reticulariter implicitis, ſtructuram eius componi, quam DIEMERBROECKIVS in cadavere puerperæ decem, & D. MERYVS in ſimilis quatuor poſt partum horis extinctæ optime demonſtrarunt. ACADEM. SCIENT. 1706.

§. XVI.

Quamvis autem contingat, ut motu nonnunquam extraordinario, ab una uteri parte vehementius fœtus prematur verſus alteram, facile tamen, ceſſante iſta cauſa, in priſtinum redibit ſitum perpendicularem, quam diu fœtus ſua gravitate ſeu niſu non ſuperat reactionem illius uteri partis, verſus quam a cauſa quadam externa urgetur (per leg. mot. & Tab. I. Fig. II. demonſtr. §. XX.).

§. XVII.

Quodſi igitur ſub ſtatu graviditatis accidat, ut quacunque ex ratione pars ſuperior fœtus, qua reſpicit fundum uteri in puncto B. Fig. I. Tab. I. ſeu placentam a. a. præponderet inferiorem, qua verſus orificium A. tendit, pars ſpecifice gravior (ſive pedes ſive caput exiſtant,) verget verſus orificium uteri A, levior ſurſum movebitur (per leg. mot.) ad fundum uteri in puncto B, eiusque ſitus perpendicularis A. B. non mutabitur, quum ante memorata uteri reactio, æqualis in liquorem amnii, quæ a lateribus uteri b. b. b. &c. fit verſus fœtum eiusque gravitatis centrum C, id impediat (§. XIII. XIV.).

§. XVIII.

Quare his ducti rationibus concludimus, ſub ſitu placentæ in fundo uteri fœtusque perpendiculari, (non excluſis reliquis neceſſariis, ſcilicet, ut ſit debita partium conformatio quoad figuram, unionem, locum, proportio inter cavitatem ac molem in illa, contentam) negotium partus naturalis abſolvi, ac excluſionem fœtus facilitari,

litari, α) quum gravia ſecundum lineam perpendicularem cadentia maiori niſu agant, ſeu maiorem exerceant vim, β) niſus hic conſtrictione muſculorum abdominis (z) ab utroque uteri latere augeatur, qua uterus ad fœtum urgetur ſingulari cum impetu, omni eius actione tendente in fœtus partem ſuperiorem, γ) in hoc ſitu niſus, quem fœtus ex omni parte exercet, dirigatur verſus vaginam. Facta igitur horum principiorum adplicatione ad partum naturalem, adparet, motum partium uteri ſuperiorum vaſculoſo-fibroſarum vi elaſticitatis inſtante partus tempore auctum, in punctis fundi uteri B. & placentæ a. a. Tab. I. Fig. I. tendere verſus centrum C. ad orificium A. æquali vi, qua agit in fœtum, hic rurſus in aquas, membranasque c. c. c., donec aperto ſatis orificio, ac extenſis nimis membranis, plenaria contingat ſeparatio placentæ ab utero, (§. XIX.) membranarum ruptura, fœtusque naturalis excluſio (aa).

§. XIX.

(z) Vis quæ in uteri fundo maior obſervatur, tanta eſt, ut ſub operatione manuali, quam partus præternaturalis requirit, activitatem manus ſuperet. Manus enim ſi in utero detinetur, comprimitur, conſtrictio vero uteri aliter ſolvi nequit, niſi encheireſi quadam, retrahendo manum ad carpum usque, & reflectendo eandem ad omnes partes, qua uteri fit relaxatio, ne ingrata ſenſatio, quæ inſtar formicarum digitos perreptantium alias in manibus percipi ſolet, impediat, quo minus partes fœtus a ſe invicem rite diſtingui valeant. Conf. D. HARTRANFT. *de ſecund. extract.* p. 23. DE LA MOTTE *Traité complet des accouchemens naturels, non naturels, et contre nature, obſ. 316.* HIST. DE L'ACAD. 1715. *E. N. C. Dec. II. an. 9. obſ. 115.* RVYSCHIVS *adverſ. anat. Dec. I. no. 10. p 31.*

(aa) Vid. cautelas quasdam practicas in præfamine adductas.

(bb) De

§. XIX.

Sed licet uteri reactio in omnes partes fœtus æqualiter directa, circa fundum maxime, valida exiſtat, fœtum una cum ſecundinis linea perpendiculari expellendi: (§. XVIII.) obſervationes tamen quam plurimæ retardatum ſæpius & naturaliter impoſſibile teſtantur partus negotium, quamquam ſub ſitu fœtus perpendiculari, imo placentam tam fortiter fundo uteri adhæſiſſe, ut motus non ſuffecerint expellendis ſecundinis, ſed inſtitutam fortiorem funiculi umbilicalis agitationem vel ruptura eius vel inverſio (bb) fundi uteri exceperit. Prioris reddemus rationem diſquiſitione altera, qua in cauſas huius difficilis partus inquirentes, trademus modum extrahendi commode fœtum ope *forcipis anglicanæ*, & obſervationes quasdam ſuſceptarum felici cum ſucceſſu operationum exponemus. Poſterior vero obſervatio (cc) indicat, ſeparationem placentæ non ab activitate ſolum fibrarum uteri orbicularium, ſed actione fluidi

(bb) De inverſione uteri perpendantur ea, quæ fuſius explicavimus, *diſſertatione* citata *de inverſione & prolapſu uteri &c.*

(cc) AMAND. *obſ. 40. 50. 62.* de variis eiusmodi notatis obſervationibus & p. 359. refert, ſe in iis maxime præternaturalem adhæſionem obſervaſſe, in quibus propter motuum, ad partum naturalem requiſitorum, imminutionem, indeque acceleratam fœtus excluſionem, dolores ſeparandæ placentæ haud ſuffecerint. Ita enim: *j'ai remarqué pluſieurs fois, que les femmes, qui accuchent avec peu de douleurs, ſont ordinairement plus difficiles à delivrer, que celles qui en ont davantage et ſelon moi, en voici la raiſon: le petit nombre de douleurs, ne pouvant être causé, que par une indiſpoſition*

fluidi amnii verſus latera æquali deducendam eſſe. Quodſi enim placenta, a. a. a. Fig. I. adhæreat fundo uteri B, niſu fœtus & conſtrictione uteri in puncto B. tendit verſus orificium A. linea perpendiculari (§. XVIII.). Hoc niſu quidem aquas propellit verſus punctum A: cum vero ibi cede-

ſpoſition de l' orifice interieur de la matrice, à une dilation facile, l' enfant vient par conſequent plus promptement, et le peu de temps, qui eſt employé à ſa naiſſance ne ſuffiſant pas pour la preparation au détachement de l' arrierefaix, eſt cauſe, qu' apres l' accouchement la délivrance s' en trouve plus difficile; d' ou il arrive fort ſouvent, que le cordon de l' umblic ſe rompt au centre de l' arrierefaix, ou que l' on court risque de tirer la partie ſuperieur de la matrice, à moins que l'on ne previenne cet accident par les precautions que je mis ici en uſage. Videtur vero hæc ratio inſufficiens, cum ſub facili partus negotio dolores (qui utpote effectus motuum uteri nil niſi niſum indicant ad ſeparanda & expellenda contenta) continui ac directi ſunt a fundo verſus orificium, quibus fœtus linea perpendiculari facillime excluditur (§. XVIII.). Motibus igitur directis verſus placentam, qui contractione & dilatatione, vi uteri elaſtica, peraguntur, exiſtente actione fluidi verſus latera æquali, vaſa placentæ ab utero ſeparantur. Id vero directe fieri nequit niſi ſede illius in muſculi orbicularis centro, quo in potiores eius partes uterus activitatem exercere poſſit. Quando autem placenta muſculo huic ad duas vel tres partes tantum adhæret, illæ quidem ſeparantur, reliquæ extra ſphæram muſculi ſitum obtinentes difficilius ſeiunguntur, quippe vis reagens uteri inæqualiter fertur in placentæ corpus (præſertim cum PORTAL uteri locum, cui placenta adhæret, reliquis partibus craſſiorem obſervaverit) adeoque vis ſimplex ab uno latere uteri, non unita ab utroque exiſtit. Ergo dolores ad *facilitandum partum & placentæ ſeparationem promovendam* non ſufficiunt, niſi motus æqualis in fundo atque æqualis actio fluidi amnii ab utroque latere adſint.

re neſciant niſi verſus latera c. c. c. partes laterales membranarum expandunt, quarum expanſione fit extenſio vaſculorum capillarium, quæ reactione uteri a centro fundi B. verſus punctum A; atque actione fluidi amnii, quod niſu fortiori fœtus a puncto A. verſus latera c. c. c. urgetur, ibique uterum magis expandit, facillime a fundo ſeparantur.

§. XX.

Satis iam dictum de ſitu fœtus in utero naturali, exiſtente placenta in fundo uteri. Progredimur ad ſitum uteri fœtusque obliquum, qui cognoſcitur, quando linea recta D. F. Tab. I. Fig. II. vel e centro placentæ in D. adſumto vel ab uteri extremo per centrum uteri C. ad alterum uteri latus F. cum alia quadam F. G. ex eodem extremo ducta atque perpendicularem. A. B. ad angulum rectum ſecante facit angulum obliquum.

§. XXI.

Differt igitur ſitus uteri obliquus ab obliquo fœtus in utero ſitu, quatenus vel uteri gravidi inclinatio fit ex ſublato eius æquilibrio ob molem in uno latere maiorem; (§. XXV.) vel fœtus in qualicunque uteri ſitu ita inclinatur, ut extremitatibus latera eius attingat. (§. XXVIII.).

§. XXII.

Quodſi enim placenta non adhæreat uteri fundo B. Tab. I. Fig. I. pars uteri dimidia B. a. a. b. b. b. &c. A

magis

magis intumeſcet (§. III.) graviorque altera evadet B. a. a. b. b. b. &c. A, ſicque fiet uteri ſitus obliquus Tab. I. Fig. III, atque ita mutabitur, ut centrum fundi, quod antea Tab. I. Fig. I. & II. e diametro oppoſitum erat vaginæ in A, nunc ſit in puncto laterali F. G. Tab. I. Fig. III. quod priori B. eſt inferius, atque opponatur puncto E.

§. XXIII.

Quo magis autem uterus ſub incremento fœtus extenditur, eo maius ſucceſſive replet ſpatium. Reagit quidem uterus ſicuti in omni motu fit, qui ex percuſſione oritur (per princ. mot.) haud tamen quaquaverſum æquali vi, ſed maiore ab iſto latere, ubi eſt placenta, præſertim in H. G. Tab. I. Fig. III. Quo enim corpus quoddam eſt gravius, eo difficilius a latere movebitur, i. e. maiori cum vi reſiſtet motui laterali. Hac reſiſtentia ſeu vi inertiæ, fœtus magis urgetur verſus alteram partem D. E. ac verſus placentam, ita quidem, ut placenta H. G. non adeo multum diſtante ab ordinario fundi loco in B, ſitum reclinatum D. L. accipiat.

§. XXIV.

Quando vero placenta in O. L. Fig. IV. Tab. I. ponitur, integer fœtus ſeu utraque eius pars tam ſuperior quam inferior verſus alteram uteri partem B. D. F. C. A. urgebitur, quem hæc reaget. Fœtus igitur pro diverſitate reactionis, quæ fit ab altera uteri parte B. O. E. L. N. N. N. A. vel obliquum B. F, vel magis perpendicularem D. C.

 obtine-

obtinebit ſitum. In priori caſu, creſcente ita fœtus pondere, ut gravior liquore amnii evadat, ex ſitu B. F. prolabetur verſus E. & ſitum habebit obliquum E. F, ex quo omni ſuo niſu tendens verſus partes uteri laterales. N. N. proprio poſtea motu ſitum mutabit, &ſi ſemper ſitu obliquo permanſerit; in poſteriori vero varium ſitum pro diverſitate motus & loci, in quo movetur, obtinebit.

§. XXV.

Quum igitur, mole in uno uteri latere exiſtente maiore, gravitas maior ſimul in illo evadat, æquilibrium actionis & reactionis in utero tollitur; quo fit, ut motus fluidorum inæqualiter dirigatur verſus latera, inprimis vero eam uteri partem, quæ minus reſiſtit (per leg. mot.). Hinc ratio eorum coniici facile poteſt, quæ circa placentæ ad latera adhæſionem obſervavit *Cel.* FRIEDIVS. (§. VII. not. r.). Teſtantur autem ſublatum uteri, fœtusque in utero æquilibrium ſigna ante partum iam conſpicua, v. g. abdominis inæqualitas, durities, altitudo, doloroſa gravitas in illo latere, in quo maxime movetur (dd), & præcipue fre-

(dd) STVARTVS *diſſ. cit. ſigna*, ait, p. 31. *præternaturalis huius placentæ adhæſionis, durante graviditate dantur nulla niſi unicum hocce, idque probabile ſaltem, quod nimirum gravida illo in latere, quo placenta hæret, abdomen plus elevatum extenſumque, repletum & ponderoſum habeat præ altero, quod magis depreſſum vacuum atque molle exiſtit. Poſt partum vero ſigna, adhæſionis certa inde petuntur, quia placenta nec ſponte fœtum ſequitur, nec ductui, mediante funiculo umbilicali inſtituto, obtemperat & nihilominus illud, cui adhæret, latus,*

frequentiorum motuum, infantis inibi latitantis ſenſus. Poſita enim placenta in O. L. Tab. I. Fig. IV. niſu fœtus ad partes uteri laterales. O. E. L. N. N. A, maior humorum adfluxus & refluxus ideoque & motus auctior excitabitur, uterusque inæqualiter extendetur. Hæc vero uteri extenſio, ab HIPPOCRATE (ee) iam obſervata, *dum,* inquit, *fœtus mares quidem in dextris, fœminæ vero in ſiniſtris magis,* non indicat differentiam ſexus, ſed ſublatum æquilibrium motumque fœtus in uno latere maiorem, ac in altero, adeoque vel uteri, vel fœtus, vel utriusque ſitum obliquum.

§. XXVI.

Quisque iam facile intelliget, obliquis his ſitibus difficilem reddi debere partum. Etenim in ſitu D. L. Fig. III. Tab. I. motus directio non fit verſus vaginam in A, ſed verſus L. & E. reſpectu gravitatis, qua perpendiculariter deorſum nititur. Poteſt quidem fieri, ut ex parte etiam deorſum tendat verſus vaginam e. g. ex K. M. ſed niſus hic eſt inſufficiens. Magis autem partum impedit ſitus E. F. Tab. I. Fig. IV. Nam motus directio fit verſus F. & fœtus maxima ſuæ gravitatis parte premit uterum in punctis N. N. N. ut taceam impedimentum quod fit a figura fœtus. Optime itaque iudicat, *Cel.* FRIEDIVS, quando (ff) *quo propius,* ait, *placenta fundum uterinum accedit, eo minor fœtus obliquitas, eo facilior quoque*

tus, elevatum, tenſum, atque durum perſiſtit. BARTHOLINVS *Anat. Lib. I. c. 23. p. 162.*

(ee) Sect. V. *aphor. 48. Thomas*

(ff) *Cit. diſput.* cap. II. §. II. p. 21.

quoque eſt partus: quo procul autem a fundo uteri remota eſt, eo obliquiorem, & ſitum, & eo difficiliorem, imo & funeſtum fœtus & mater nanciſcuntur partum.

§. XXVII.

Verum enim vero poſita placenta c.c.c. Fig. II. ante orificium uteri in A, uterus una cum fœtu ſitu permanebit perpendiculari, quia actio ab utroque latere libere & æqualiter fit, & æqualis reactio placentæ c.c.c. verſus centrum C, licet eiusmodi placentæ ſitus ſit præternaturalis, imo cauſa ſæpius triſtis & lethalis eventus (§. VII. not. s).

§. XXVIII.

His omnibus non obſtantibus, fœtum nonnunquam e ſitu naturali dimoveri poſſe affirmamus, quamvis placentæ uterique ſitus ſit perpendicularis. Nimirum quamdiu linea directionis D. F. Tab. I. Fig. II. e centro gravitatis fœtus C. ducta cadit intra baſin fœtus i. e. intra caput, quo regulariter vaginam in A. reſpicit, vel intra pedes, (§. X.) ille non poteſt cadere verſus unum alterumue latus uteri, ita, ut capite vel pedibus illud tangat, e. g. in puncto D. atque ſic ſitum accipiat inclinatum (per princ. mechanica). Linea autem directionis regulariter extra baſin fœtus cadere non poteſt (per priora): accidit tamen quandoque, ut extraordinario quodam conflictu vel ſuperior vel inferior pars fœtus ab uno uteri latere E vehementius prematur verſus alterum latus D, quod reagere poteſt. Eiusmodi conflictus ſi vehemens ſit, eoque fœtus ita inclinetur, ut linea directionis

nis C. A. non ulterius intra baſin fœtus exiſtat, partes vero eandem conſtituentes extra illam poſitæ, verſus punctum D. tendant, fœtus ibi prolapſus ſe ipſum in priſtinum ſitum perpendicularem reſtituere nequit, nec uteri reactione id poſſibile eſt, quatenus niſus partis fœtus prolapſæ maior exiſtit reactione uteri. Prius tamen hæc ſitus mutatio non accidit, ac fœtus ſufficientem gravitatem eſt conſequutus, qua uteri reactionem ab una parte ſuperare valet, ſaltem ei æquatur.

§. XXIX.

Situ autem tali ratione mutato, difficilis redditur partus, quippe uterus non ex omni parte tunc in fœtum preſſionem exercet, nec ipſe fœtus omni ſua gravitate nititur in uteri & vaginæ orificium, ſed ſimul in reliquas uteri partes (§. XXVI.).

§. XXX.

Expoſitis iam iis, quæ docent cauſam ſitus uteri gravidi fœtusque in utero: addendum, DEVENTERVM cauſam ſitus fœtus obliqui in ſitum uteri obliquum, huius vero in laxitatem ligamentorum reieciſſe. Quamvis enim concedamus, uterum gravidum, graviori ſua parte liberum ac ſolutum facile huc vel illuc dilabi poſſe, quum uterus parti acuminatæ non diu poſſit inniti, quin huc vel illuc inclinet, GRAAFIVSQVE doceat, uterum *non ſemper præciſe in medio collocatum, ſed quandoque, licet rarius, illius ſitum verſus dextram ſiniſtramque hypogaſtrii partem præſertim in prægnantibus offendi:* laxitatem tamen ligamentorum, propter faculta-

R tem,

tem, quam *extenſivam* (gg) vocat, non utpote cauſam, ſed tanquam effectum ſublati æquilibrii agnoſcimus, a quo in parte uteri grauiore extenſio ligamenti unius, in altera alterius relaxatio contingit; alias enim quævis gravida iuxta hancce ligamentorum diſpoſitionem in omni partu vel fœtus uterique obliquo ſitui obnoxia eſſet, vel eandem ſemper experiretur, cui tamen ratio experientia & autoritas aliorum repugnant.

§. XXXI.

Reſtat adhuc, ut paucis in originem adhæſionis placentæ inquiramus. Ovula, dum diverſimode in ovario diſpoſita ſunt, ſimul arcte eorum ſinibus continentur. Cohæſio hæc aliter non contingit niſi mediante fibrilla, qua ovulum petiolo ſuo contiguum fuit. In ſtatu igitur conceptionis vi ſeminis expanſiva, ovulum turgefactum ac expanſum ſeparatur, quum ſub expanſione eius, fibrilla, qua petiolo antea adhæſit, ſimul extendatur, illaque excedente, ad rupturam cogatur, obducente ipſius ſinum cicatrice quadam. Ovulum hoc (hh) mediante ſemine, quo tuba *Fallopii* ac uterus turgent, fertur in uteri cauum, eiusque fibrilla fundum ordinarie petit, quippe ratione ſpecificæ levitatis ſemini reliquisque humiditatibus in utero contentis innatans una cum ovulo inprægnato ad altiora loca tendit, atque

(gg) *Lib. cit.* c. XI.

(hh) Vide *diſſ.* ſub præſidio noſtro habitam, reſpondente *Cl. D.* D. BVRCHARTO *de neceſſaria funiculi umbilicalis, vi vaſorum ſtructuræ, in nuper natis* deligatione. §. X. pag. 23, 24.

que exiſtente reactione vteri quaquaverſum æquali, ad centrum fundi uterini, cui naturaliter accreſcit, deducitur.

§. XXXII.

Ovulum autem inprægnatum, & in uteri cavitatem iam delatum pro diverſis corporis mutationibus uterique ſitu, variis quoque loci mutationibus obnoxium eſt. Quod ſi enim uterus ad latus iam inclinet, lineaque e centro fundi uteri ad orificium eius ducta evadat obliqua, ovulum cum fibrilla in fluido contentum (ii) ad ſuperiorem uteri partem quidem

(ii) Non poſſum non quin notatu dignam hic addam obſervationem. Infelix mater, ter quaterve partum præternaturalem experta, nunquam potuit vivum in lucem edere fœtum, quum ſemper, contingente partus tempore, fœtus ob perverſum ſitum nimiamque funiculi umbilicalis compreſſionem in utero iam extinctus, poſtularet manualem operationem. Gravida rurſus anno præterito facta, appropinquante partu, corripiebatur doloribus, quibus per viginti horas irrito licet labore fatigata fuit. Ruptis membranis illico aquæ omnes effluxerunt, manu fœtus una cum umbilico ſimùl prodeunte. Removebantur partes ſolito plurimarum obſtetricum more ſed infauſto ſucceſſu. Sero acceſſitus, quum per viginti horas fœtus mortuus iam fuiſſet, procidentiam tam umbilici completam quam manus humerique ad iuncturam ſcapulæ usque obſervabam, utpote effectus ſuſceptæ violentæ extractionis, qua uti ſæpiſſime vidi, fœtum transverſim in utero poſitum per orificium uteri ducere conantur ignaræ & imperitæ obſtetrices. Neceſſitate itaque ductus, infantem iam mortuum ſine mora pedibus extraxi. Difficilem autem reddebant laborem meatumque anguſtum ipſa umbilici duplicati intumeſcentia, humeri procidentia & uteri ſitus obliquus, qui ex inæquali abdo-

quidem tendet, (kk) ſed proximam, quam (ll) perpendiculariter tunc reſpicit & ad quam maxime propter minorem reſiſten-

abdominis figura & expanſione antea iam cognoſci poterat. Peracta, quam infanti promovendo & educendo tribui, opera manuali, placentam præternaturaliter lateri dextro uteri non procul a margine orificii interni adhærentem inveni, utpote parti, qua tempore geſtationis gravida ſemper doloroſam gravitatem inſignemque duritiem & altitudinem ſentiebat. Quare inſtituta prius leni decorticatione eandem una cum membranis ac ſanguine coagulato eduxi. Nolui puerperam tunc temporis quæſtionibus variis fatigare, præprimis cum illi tam animi quam corporis tranquillitatem maxime commendarem; interim poſt interſtitium aliquot dierum ipſam interrogabam, quid cauſæ ratione partuum ſucceſſivorum præternaturalium ſubeſſe crederet, adæquata reſponſione accuſavit inæqualem abdominis uterique expanſionem, quam præſentes omnes, auxiliatricem manum ſub operatione ferentes, admirabantur. Hæc omnia igitur confirmabant ſententiam, quam antea in plurimis ſuſceptis eiusmodi operationibus fundatam inveni, conſiſtere nimirum α) rationem ſitus uteri obliqui in æquilibrio eius ſublato ob præternaturalem placentæ adhæſionem β) ſitum fœtus iuxta ſitum uteri, ut plurimum mutari γ) mulieres, quæ infelices experiuntur partus, vel a nativitate iam habere eiusmodi obliquitatem, vel uterum eandem a ſede placentæ, inæquali expanſione, pelvis anguſtia aliisque, quas DEVENTERVS allegat rationibus, acquirere diſpoſitionem.

(kk) STVARTVS *diſſert. cit.* §. III. *Cauſſa*, inquit, *præternaturalis huius placentæ adhæſionis, non cum obſtetricibus nimiæ gravidarum ſeſſioni, nec dorſi earum verſus ignem diuturniori applicationi, multo minus nimiæ illarum continentiæ adſcribenda, ſed in fibrilla ovuli, indeque formatæ poſtmodum placentæ, non in fundo uteri, ſed in eius latere quodam quærenda.*

(ll) Tubam FALLOPII uterumque ſemine repletum invenit RVYSCHIVS

reſiſtentiam urgetur, ibique radices agens, tam funiculum umbilicalem, quam eius puncto adhæſionis, quo pervia fibrilla in ramulos dividitur, corpus vaſculoſum placentæ formabit, neceſſarium ad recipiendum lympham ac ſanguinem, pro eo ac creſcente fœtu vaſa placentæ magis magisque vehendis vel lymphæ, vel ſanguinis globulis apta redduntur.

§. XXXIII.

Adhæſio fibrillæ ovuli præternaturalis in actum iam ducta, graviditatis ſtatu corrigi nequit. Hinc præſervandi ſcopo *Experientiſſimus Vir D.* FRIEDIVS, fœminis partui præternaturali ſæpiſſime obnoxiis, poſt concubitum in lecto, præter animi tranquillitatem & reſupinam corporis quietem, exactiſſimum etiam vitæ genus commendat (mm), quo ovulum, per tubam Fallopii in uterum delatum perpendi-

SCHIVS *adverſ. anat. med. Chirurg. Dec. I. p. 3 & 4.* Idemque vidit *in utero mulieris cum adultero deprehenſæ in adulterio ſtatimque a marito deprehenſore interfectæ, Theſ. Anat. 17.*

(mm) Vid. STVARTVS *diſſ. cit. §. IV. pag. 42. vbi: Quum cauſſam, adhæſionis placentæ, in contractione uteri, ſub conceptione, ovulum naturaliter amplectente, & ad fundum eius appellente, hic vero vel lateraliter vel perverſe agente, vel plane deficiente poſuerim, mulieri, talibus obnoxiæ affectibus ſuaderem, ut poſt concubitum in lecto, reſupina quiete tam corporis quam animi exactiſſima, ad minimum per octiduum utatur, ſternutationem, tuſſim, conatus vomendi, vomitum ipſum, urinæ aluinarumque fæcum retentiones, corporis iactationes quasvis, labores omnes, ci-*

pendiculariter ad centrum fundi deducatur, & ab ipſo rite ſuſcepta cauſa exiſtat ſitus placentæ, fœtus ac uteri naturalis.

bum flatulentum, potum ſpirituoſum, cachinnos, iram, terrorem, ac alia corpus nimis commoventia, præcipue vero concubitum reiteratum, per totius menſis ad minimum ſpatium vitet, quo naturalis ille uteri, ovuli illapſi amplexus, remota omni eius lateralis, perverſæ imo & deficientis contractionis cauſa, fibrillam eius ipſi fundi uterini centro appellere atque ibi, usque dum altas egerit radices, obſirmate continere poſſit.

T A N T V M.

Tab. I.

Fig. I.




Fig. II.




Fig. III.





Fig. IV.



DISQVISITIO ALTERA DE VSV ET PRAESTANTIA FORCIPIS ANGLICANAE IN PARTV DIFFICILI, EX SITV NASCENDI CAPITIS, INTRA OSSA PVBIS IMMOBILITER HAERENTIS.

§. I.

Expoſitis iam iis, quæ in genere ad ſitum uteri fœtusque uel *perpendicularem*, uel *obliquum* cognoſcendum ſpectant, difficillimum & laborioſum illud impræſentiarum perſcrutandum adgredimur partus negotium; quo fœtui, *ob caput oblique intra oſſa pubis ſitum aut claui ad inſtar infixum,* (a) naturalis denegatur excluſio, ſaltim maxima fit illius partus cunctatio, quem Germani uocant **verharrete Geburt**, Galli (b) autem l'accouchement ou la tête eſt enclavée au paſſage.

§. II.

Facilis quidem *naturalis*que initio adſtantibus eſſe uidetur *partus*; ſed omnis qui in ipſo exercetur niſus, irritus eſt, imo

(a) I. H. KRONAVER *Diſſ. med. chirurgica de tumore genitalium poſt partum ſanguineo, p. 12. Fœtus*, inquit, *nonnunquam cum capitulo longius, quam naturæ lege conſtat, partibus genitalibus infixus quaſi & inclauatus hæret, uel ut lingua obſtetricum loquar;* der Kopf des Kindes iſt eingenagelt, ſteckt in der Geburt.

(b) LA MOTTE *traité complet des accouchem. l. III. c. XX. p. 423. La tete demeure enclavée entre les os, ſans pouvoir en ſortir, & qui s'y*

imo quæ in naturali grauidis parari ſolet medicina, malum hoc reddit ſæpe deterius, præſertim ſi obſtetrices ex ignorantia, (c) aut præconcepta opinione, peritorum reſpuendo conſilia & auxilia, totum opus naturæ committunt, & medici medicamentis ſic dictis pellentibus caput oblique ſitum aut prægrande in cauitatem peluis nimis anguſtam profundius adigere conantur; hic enim notandum,

Principiis obſta, ſero medicina paratur
Cum mala per longas inualuere moras.

§. III.

Quo igitur omnia rite euoluantur, nonnulla in *hiſtorica partus huius periculoſi relatione* attendenda erunt. Grauida nimirum finito legitimo grauiditatis termino tam tergiuerſanti-

s'y engage même d'autant plus, qu'elle s'avance en obſervant la même mechanique qui arrive à la pierre, qui ferme une voute, appellée en terme d'architecture la chef, qu'il eſt impoſſible de la tirer en bas ſans le rompre.

(c) Iudicium fallax, quod de eiusmodi partu ferri ſolet, oritur ab imperita partium præprimis ſitus capitis, quo fœtus peluim ingreditur, inquiſitione. Huius uero imperfectæ cognitionis cauſa eſt ignorantia in re anatomica, ad artem obſtetricandi ſumme neceſſaria, qua fit, ut exploratio ſitus fœtus in utero tactu inſtituenda, quæ tanquam præcipuum artis obſtetricariæ fundamentum laborem partus promouendum antecedere debet, uel plane omittatur, uel ſi ſuſcipitur, omni rationali fundamento, & diſcretiuo iudicio deſtituta ſit. Quare LA MOTTE, *l. c. cap. XXII. p. 430.* ſententiæ noſtræ adſenſum præbens ait: *La cauſe la plus ordinaire de ce funeſte accident, vient de ce que les Sages-Femmes ſeduites par les apparences trompeuſes, qui leur font croire, qu'enfant preſentant la tête, c'en eſt aſſez pour que tout aille bien avec le temps, le laiſſent écouler jusqu'à ce qu'il n'y ait plus de reſſource, que de la part des inſtrumens.*

ſantibus ſpuriis, quam ad excluſionem fœtus ſecundinarumque naturaliter directis corripitur doloribus, quibus quidem aliquoties redeuntibus membranæ fœtum cingentes, incipiente orificii uterini dilatatione, rumpuntur, effluente ſimul liquore amnii, poſt interuallum uero plurimarum horarum, imo aliquot dierum, uariis reiteratisque motibus, ſpaſticisque partium inferiorum tenſionibus, caput fœtus intra oſſa pubis profunde adigitur, ita quidem, ut, cum e loco fixo dimoueri nequeat, claui ad inſtar infixum immobile inibi ſubſiſtat, donec fœtus uel in utero moriatur, uel parturiens ſibi relicta, uariis exagitata cruciatibus, dirisque partum comitantibus ſymptomatibus, miſere tandem e uiuis diſcedat.

§. IV.

Ab hac tranſitum facimus ad *ſigna* illius, quæ uel *generalia* uel *ſpecialia* ſunt. Inter *generalia* referri merentur, quæ ſitum uteri obliquum *ante partum* indicant, qualia ſunt, expoſita iam *Diſquiſitione prima de ſitu uteri grauidi* &c. inæqualitas abdominis, durities, altitudo & doloroſa grauitas in illo maxime uteri loco, quo præcipua ſentitur fœtus mutatio. *Specialia* autem, quæ *in ipſo partu* attenduntur, deduci ſolent ex præmaturo aquarum effluxu, tarda & inæquali orificii uteri expanſione, ſitu illius obliquo, niſu capitis in peluim non parte gibboſa altiſſima uerticali, ſed laterali quadam aut inferiore, ualidis, ſed ſine effectu excluſionis redeuntibus ſæpe motibus, & capite intra oſſa pubis immobili hærente, adeo quidem, ut nec antrorſum, nec retrorſum nec lateraliter moueri poſſit, licet a parte eius ante orificium externum prona, fiſſæ genitalium partes iam dilatari (d) inci-

(d) Dum caput fœtus naturaliter propellitur, ab orificio uteri *inſtar coronæ* cingitur, quod Galli dicunt *l' enfant eſt au couronnement*, Ger-

incipiant, capilli in conſpectum ueniant, atque rugoſa integumenta oculis cerni, manibusque palpari poſſint; quibus adhuc tam tumor ſanguineus (e) in ſinum genitalem propendens, quam ea iungenda, quæ reſpectu parturientis, & ipſi ſuccedentium naturalium uirium defectus, lipothymiarum, motuum conuulſiuorum, uel imbecillem uel mortuum (f) iam in utero fœtum, & anceps utriusque uitæ periculum indicant, nec non *poſt partum* ab adhæſione præternaturali placentæ, extra ſphæram actiuitatis uteri poſitae, malaque peluis formatione deduci ſolent.

§. V.

Quoad *nexum cauſarum*, uariæ huius laboris ſubeſſe quidem poſſunt, præcipuam vero in *capitis* naſcendi *aut orificii uteri ſitu obliquo* (g) poſitam eſſe arbitramur. Si enim

B.L.

Germani: man kan dem Kind ein Kräntzlein aufſetzen, oder das Kind iſt im Gange: ulteriorem uero capitis intra labia deſcenſum Galli uocant *l'enfant eſt au paſſage*, Germani: der Kopf iſt im Einſchneiden, uid. MAVRICEAV *l. c. Tom. I. l. II. p. 245.*

(e) LA MOTTE *l. c. cap. XX. p. 423. Par les violentes douleurs, que la femme ſouffre, les quelles agiſſent ſur cet enfant, la tête s'allong & s'applatit d'une telle maniére, pour s'aiouſter au moule de ce paſſage, que le cuir chevelu en devient ſi tumifié, qu'il y fuit paroitre comme une ſeconde tête ou une tête double.*

(f) Vid. *Diſſ. ſub Præſidio noſtro habita, de neceſſaria funiculi umbilicalis, ui uaſorum ſtructuræ, in nuper natis deligatione, §. XIV. not. t. p. 28.*

(g) Errat CHAPMANNVS, quando ſolas huius partus cauſas uel peluis anguſtiam uel capitis magnitudinem eſſe arbitratur, reiiciendo illam, quam utpote præcipuam cum DEVENTERO adduximus rationem; *Libro II.* enim ita ſentit: *The Make and Conformation of the Woman, as to her Bones and the Shape of her Body in general, but particularly*

B. L. decurſum naturalis partus ſpectes, obſeruabis, caput nonnunquam per anguſtiam peluis ſub uehementiſſimis cruciatibus ita propelli, ut ſecundum figuram peluis forma illius mutetur, quæ poſt natiuitatem leni compreſſione in naturalem reducenda eſt. Non autem eſt, quod mireris, qui fiat, ut ſine læſione cerebri oſſa capitis, uariis figuræ mutationibus obnoxia ſint. Illa enim mediante dura matre inter ſe laxe cohærent, & certo reſpectu imperfecta dicenda ſunt, cum tenuia & hinc inde adhuc membranacea deſtituantur diploe, & in illis deficiant denticulatæ & inæquales eminentiæ, quibus oſſa plana in adultis firmiter iuncta ſunt. Itaque ob eorundem mollitiem, & maiorem elaſticitatis gradum impreſſiones potius patiuntur & compreſſiones quam fracturas, quæ in ætate confectis, quorum oſſa ſicca & arida exiſtunt, leui & uix notabili cauſa crebrius accidunt. Si igitur naturaliter linea directionis (h) per centrum fœtus ducta cadit intra utriusque baſin, oſſa capitis ſub partu ita compelluntur, ut margines eorum ſuperiores ad ſe inuicem magis magisque accedant, & lamella una alteri pro capitis magnitudine, peluis capacitate, & fibrarum oſſearum directione aliquatenus ſuperimponatur. Hæc regula *recti* conſtituit normam *obliqui*. Etenim linea directionis ſi extra centrum grauitatis ducta aliunde tendat, (i) quamuis capite ante orificium uteri ſed oblique poſito, uicinæ partes, in quas caput impetum facit, reſiſtendo nimis compreſſionem

S 3 tran-

larly as to the Parts concerned, in forming the Peluis, and not the Obliquity of the Womb, (which Deuenter *lays the whole Streſs upon) is the common Cauſe of bad Labours, and the Neceſſity of Art.*

(h) Vid. *Disquiſ. I. §. IX. p. 116. §. XIV. XV. p. 118. 119. §. XIIX. p. 120. 121.*

(i) Conf. *Disquiſ. I. §. XX. p. 124. §. XXVI. p. 127. §. XXIX. p. 129.*

tranſitumque ipſius per peluis cauitatem impediunt, ſiquidem nec occiput nec facies nec temporales partes ante uteri os ſitæ ui ſtructuræ rite comprimi ualent, cum conſtrictio partium, quæ fit contra directionem fibrarum oſſiumque coniunctionem, utplurimum læſionem nobiliſſimis inducat partibus. Itaque ſi uolumen capitis ope naturæ imminui nequit, ſi orificium uteri, aliis magis incumbens oſſibus, oram peluis ſuperet, impoſſibilis eius erit naturalis per peluim exitus, illudque loco, in quo immobile hæſit, motibus ſucceſſiue auctis, magis impingetur, ut os oſſi claui inſtar infixum adpareat, perſimile illi conclauationi, quæ in coniunctione dentium cum maxillarum alueolis, *gomphoſis* (k) dicta, obſeruari ſolet.

§. VI.

Interea *obliquitatem hanc* non *vnicam* illius cauſam eſſe affirmamus, quum concurrentes reliquas non excludat, inter quas referimus *nimiam peluis anguſtiam*, eiusdemque *malam conformationem*. Optime enim duce ratione & experientia DEVENTERVS, (l) AVCTORQVE NOSTER (m) monent, *commoda & incommoda uaria in partu a pelui anguſta, plana, ampla & rotunda produci, maiorem tamen partus difficultatem ab ipſa obliquitate uteri uel ſitu capitis obliquo proficiſci.* Sicuti enim tam ampla peluis ſæpe exiſtit, ut ab utero cum contento partu per illam deſcendente, uaria periculoſa metuenda ſint ſymptomata, ita alterum ipſius uitium eſt, ſi nimis anguſta obſeruetur. Siue enim illa conſiſtat in ſpatio, quod eſt inter *ilium oſſa*, ſiue quod inter *pectinis oſſa*, & *ſacrum* intercedit, mala producit quam plurima, grauiora tamen ea *angu-*

(k) A γομφόω, clauum impingo. *cap. XLVI. p. 201.*

(l) *Lib. cit. cap. XXIV. p. 126. &* (m) *p. 21.*

anguſtatio, quæ in *toto ambitu* deprehenditur, quam quæ ab *incuruo oſſe ſacro extremo & coccygis* (n) procedit. Præcipue uero hac occaſione *plana peluis* in memoriam reuocanda, ſeu teſte DEVENTERO, *nimia illius in anteriori & poſteriori facie compreſſio,* primum inter malam partium conformationem obtinens locum, gibberoſis maxime propria & familiaris, quarum primæ oſſis ſacri uertebræ (o) ſimplicesque lumborum a diſtorta & flexuoſa ſpina dorſi ita intropelluntur, ut peluim ſupereminentes fœtum exitu arceant, ſimulque prohibeant, quo minus uterus parti acuminatæ diu poſſit inniti, quin huc uel illuc inclinet. Interea nobis erraſſe uidentur ſapientiſſimi mortales, quod huius partus rationes tantum ab anguſtia peluis deduxerint; ſciendum enim, non primiparas ſolum uerum illas quoque mulieres, quæ plures iam in lucem ediderunt infantes, periculum huius partus ſæpe experiri. Quamuis igitur in his ſubiectis reſpectu peluis ſeu uiæ, qua fœtui tranſeundum, nullum adſit impedimentum, illud ipſum tamen uel retardatum, uel omnino prohibitum, etiamſi capite fœtus ante orificium poſito naturalique fœtus adparente ſitu, uel obliquitatis naſcendi capitis uel uteri (p) certiſ-

(n) *Libr. cit. c. XXIX. p. 133.*

(o) Quando CHAPMANNVS *libr. cit. cap II p. 37.* difficultatem operationis ſolis manibus peragendæ indicat, reſpicit maxime anguſtiam peluis, quam cum DOVGLASSIO in quibusdam obſeruauit. Ita enim: *One or more of the Cauſes renders the Operation difficult and dangerous; but eſpecially the Smallneſs of the Peluis, and the more than ordinary Curve of it; the prominent Part of the loweſt Vertebræ of the loins being ſo great, as to have too little Space between that and the Os Pubis.*

(p) Hinc DEVENTERVS *libr. cit. cap. XXXII. p. 141. & c. XXXIV. p. 146. 147.* obſtetricantibus grauiorem caſum non poſſe obuenire exiſtimat, quam ſi forte ad ſeruandam matris

certiſſimum exhibet ſignum, anguſtiam uero peluis plane excludit.

§. VII.

Non negandum quoque *uterum cum uicinis partibus eiusque orificium colliſionibus, contuſionibus, inflammationibus, exulcerationibus purulentis, cancroſis aliisque malignis, & dolorificis, tumoribus ſanguineis calculoſisque, calloſitatibus, & ſcirrhoſitatibus* &c. adfectum, propter craſſitiem & rigiditatem partium in prouectioris maxime ætatis ſubiectis & primiparis partum reddere difficilem, & difficillimum, ſi peluis anguſtia cum oſſis ſacri acumine introrſum nimis flexo accedant. Sed cum partes omnes membranaceo-carnoſæ, etſi adeo conſtrictæ ſint, ut, referente DEVENTERO (q) obſeruationem, quam PORTAL (r) nobiscum communicauit, anguſtia partium naturalis, uel ex concretione genitalium uel alia quadam qualicunque inflicta læſione originem trahens, ne digitum quidem admiſerit, facilius patiantur dilatationem, quam oſſa diductionem aliquam; exitum tamen non plane præcludunt, quamuis tardiorem & periculoſum reddant partum, qui diris ſtipatus cruciatibus, artificialem (s) ſæpius requirit diſtenſionem. Aſt ſi *excedens* aliquando *capitis uolumen* (t) anguſtam occu-

matris uitam infantes tanquam mortui tractandi ſunt, quod nunquam contingit, niſi cum *infantes bene uerſi prodeunt, capite prægrandi, meatuque nimis anguſto, neque extenſiuo, aut ſi propter uterum obliquum infans in meatu inſtar cubiti incuruati hæret.* Conf. quoque LA MOTTE *lib. cit. c. XXIX. p. 418. ſq.*

(q) *Libr. cit. cap. XXX. p. 133. ſq.*

(r) *Libr. cit. Obſ. X. p. 68. ſq.*

(s) AMAND. *libr. cit. Obſ. I. & II, p. 64 - 67.*

(t) CHAPMANNVS *libr. cit. cap. II. p. 39* ubi: *Another Difficulty ariſing from the Child, is the Largeneſs of it, when it is too big for its Mother, either by a natural Make, or by its being dropſical in the Head, or any other Part.*

occupet peluim, quale in fœtibus emortuis, utero adhuc incluſis, partibusque putrefactionis actu turgidis redditis, hydrocephalis monſtrisque animaduertimus: opus non eſt ad aliam confugere cauſam, cum adducta iam ſufficiens ſit, naturalem fœtus exitum præpediendi, omnesque niſus, qui ab eiusmodi monſtroſo capite exercentur, inanes potius, & reſpectu matris funeſti quam utiles & ſalutares exiſtant.

§. VIII.

Sciendum etiam dari nonnullos, *qui membranarum tenuitatem, præmaturam aquarum effuſionem, partium genitalium ſiccitatem, motuumque defectum accuſant.* Quamuis autem tres priores adlatæ rationes uel partum naturalem difficilem uel præternaturalem in genere indicent: non propterea tamen partus, cuius in antecedentibus mentio facta, cauſæ exiſtunt, quippe a) membranæ dilaceratæ non uno impetu omnem liquorem amnii dimittunt, ſed qui retro fœtum detinetur, & ſic dictas *poſteriores*, ſeu *furtiuas* conſtituit aquas, ſub genuinis partus laboribus ſucceſſiue exprimi ſolet, b) inferiores uiæ & internæ uaginæ parietes, uel ob copioſos inibi latitantes ductus glandulasque, tam humidum exſudantes, quam mucum excernentes, uel ob ſanguinolentum ex utero profluentem humorem madidæ ſeruantur, c) ab emollientibus & oleoſis rite & debita cautela externe adplicatis lubricæ ad tempus perſiſtunt, d) tenuitas membranarum ab initio rariſſime talis ſed inſtante partu fit, quando nimirum illæ ab obliquo attritu ad oſſa pubis & inæquali uteri compreſſione, (u) eo in loco, quo ob uim corpori duro inflictam, ma-

T ior

(u) ILL. HALLERVS *Commentar.* ad BOERHAAV. *Prælect. Tom. V. Part. II. p. 394. Quamdiu*, ait, *ſaccus integer eſt, os uteri æqualiter diſtenditur undique ab urgente liquido absque dolore, quia omnes partes dila-*

ior ſit reſiſtentia, attenuantur. Quo ipſo uero non negamus, teſtibus HIPPOCRATE & GALENO, aliorumque experientia conuicti, humores quodammodo partum facilitare, monente autem CYPRIANO, uehementes cruciatus, qui a motibus aperiendo uteri orificio deſtinatis oriuntur, illum impedire poſſe, nec non obſeruante HOORNIO, partus ſiccos lentos eſſe, imo ad mentem MAVRICAEI & MOTTII præcocem aquarum effluxum ante oſculi dilatationem periculoſum exiſtere; interea pernegamus tenuitatem membranarum & præmaturam amnii effuſionem laborem efficere poſſe, quem ſola naturæ uis ſuperare nequit.

§. IX.

Quod uero *motuum* in partu *energiam* attinet, conſtat, uim uteri, uel nimis augeri, uel imminui poſſe. In *priori* caſu tam naturaliter genuini ſpuriique excitantur dolores, qui a peritis facile a ſe inuicem diſtingui poſſunt, quam præternaturaliter præcipue in *hac partus ſpecie* naturales motus mutantur in ſpaſticos & conuulſiuos; in *poſteriori* autem remittente uel ab hæmorrhagia, uel perpeſſis vehementiſſimis cruciatibus naturæ actiuitate, ſeu determinata partium ad certos motus edendos diſpoſitione, uteri motus quoque deficere incipiunt, remanentibus tantum irritis quibusdam noxiisque conatibus. Eſt autem præſenti in partu ſpaſmorum excedentium ratio uel a preſſione partium neruoſarum a corpore ſolido in peluis cauo immobile hærente in ſpecie deriuanda, uel in genere tanquam lethalis hæmorrhagiæ euen-

dilatandi osculi æqualiter urgentur, atque adeo nulla uiolente premitur: rupto uero ſacco a fœtu ipſo uterus inæqualiter comprimitur. Solidum enim omne inæqualiter premit, plus in una ſede, minus in altera, pro figuræ ſuæ uarietate, ſic, dum una pars quieſcit, altera totam uim nitentis ſolidi experitur.

euentus æſtimandus, quæ ſi ex adhæſione placentæ ante uteri orificium & uiolenta eiusdem auulſione contingens partum maturum aut immaturum comitetur, & ex hac pallidus parturientis uultus, debilitas, animique deliquia, aurium tinnitus, oculorum hebetudo & caligo oriantur, mortuus etſi naturaliter in utero poſitus fœtus, ob defectum tamen uirium expelli nequit, niſi ante plenariam uaſorum exinanitionem ad conſeruandam uitam matris, (w) ſeparata prius, &

(w) Vidi anno præterito triſte & funeſtum huius rei exemplum. Erat nimirum fœmina grauida cuiusdam ſalis coctoris urinatorisque, annorum circiter XXXVI, felix mater quinque filiorum, temperamenti cholerici, ſtrictioris corporis habitus, colorem liuido-pallidum tam in tota corporis ſuperficie quam præſertim in facie gerens, cum tempore grauiditatis ex uehementi iracundia ictero flauo corriperetur. Circa nonum menſem incipientes iam ſentiebat dolores ad partum, cum quibus guttulæ ſanguinis ſinceri per interualla temporis exprimebantur. Adpropinquante partu ſanguis non continuo riuo ſed ſucceſſiue copioſe tamen effluebat, cui ſiſtendo imperita quædam obſtetrix fruſtra exhibuit medicamenta interna & externa. Cum igitur parturiens a ſanguinis profluuio inſigne uirium decrementum obſeruaret, quod ſæpiſſime animi deliquia in ſitu corporis erecto redeuntia & alia ſymptomata periculoſa excipiebant, duorum medicorum, quorum numero ego quoque adſcriptus eram, ſibi expetiit opem. Equidem præuidens initio deplorandum ſtatum prognoſin lethalem adſtantibus indicaui, præſertim cum infelix obſtetrix more noſtrarum ſolito ſe mox partum intra aliquot horas promoturam promitteret, inſcia ob uirium proſtrationem ſanguinisque profluuium a placentæ ante orificium uteri præternaturaliter adhærentis auulſione difficillimam eſſe naturalem fœtus excluſionem. Hinc omnem, quæ adhuc ſupererat, ſpem matrem a mortis periculo liberandi, unice in maturanda fœtus extractione, ſiue pedibus ſiue ope extractoris peragenda collocaui. Sed diſplicuit tam medico alteri quam adſtantibus, fœtum, ut fructuum maturorum petioli-

& quantum neceſſe eſt, ſepoſita ad latus placenta, uel in *pedes conuertatur*, & educatur, uel *ductu forcipis extrahatur*, cum hic experta manus plus ualet, quam omnis medicamentorum farrago.

§. X.

Cognitis iam cauſis ad ipſam progredimur *curationem*. Indicationes autem curatoriæ uel reſpiciunt naturalis partus, ſi fieri poteſt, expectationem, uel arte promouendam fœtus ſecundinarumque requirunt excluſionem. Huic ſcopo obtinendo præparatorie inſeruit exploratio uteri fœtusque in utero, quo rite diiudicetur, an uterus antrorſum uel dextrorſum & ſiniſtrorſum inclinet, quænam capitis pars ad uteri orificium procumbat, & quidquid cauſæ difficilis huius laboris exiſtat. Si enim, conſentiente AVTORE NOSTRO, (x) *uertex infantis in oſtio uteri inuenitur, atque os uteri ſuper peluem, aut in pelue ſitum eſt, aquis protuberantibus, tunc nullo negotio opus eſt, & ſolum expectandum, dum natura parturientem dolorum impetu ad laborandum concitet.* Quando uero obſeruante CEL. FRIEDIO (y) *una ſaltem aut ad ſummum duæ capitis infantilis partes a linea recta deuiæ oblique oſſium peluis cuidam inſiſtunt, tunc partus*

lis ab arbore & fructu facillime ſecedentibus accidere ſolet, ui naturæ definito iuſto tempore expulſurum ſibi perſuaſis, diſplicuit, inquam, nota ſatis & optima methodus, quam AVTOR NOSTER *p*, *73. 74.* breuiſſimis ita deſcribit: *In quouis prægnationis interuallo, ſi ab immodicis profluuiis ſæpius animo deficiat mulier, eductio fœtus unicum eſt remedium ad conſeruandum & matrem & infantem.* Quare me licet diſſentiente, operatio ſumme neceſſaria ad ſex horas differebatur, ſed vix præteriere, cum mulier conuulſionibus uehementer agitata, capite fœtus intra oſſa pubis adhuc hærente, diem obiret ſupremum.

(x) *p. 46.*

(y) STVARTVS *cit. Diſſert. p. 23. 24.*

tus naturæ uiribus quidem committendus, ſed una ea encheireſi adiuuandus eſt, ut obſtetricans tempore, quo parturiens dolorum expers eſt, duos digitos caput inter, unguibus ad hoc uerſis, & os, cui illud incumbit, ponat, eos immobiles ibi tam diu ſeruet, usque dum niſus accedat, dum illos furcæ in modum diducat, retro uerſus caput flectat, ac eodem temporis momento deorſum trahat, quo caput ab oſſe, cui inſiſtit, & remoueatur, & ab obliquitate in lineam rectam reducatur, & ad faciliorem per aperturam oſſium peluis tranſitum aptius reddatur.

§. XI.

Poſſemus autem adductis ex rationibus *diuerſam medendi methodum* oſtendere, uariosque ſitus capitis obliquos partum naturaliter retardantes indicare, quales ſunt illi præcipue, qui oriuntur infante ſurſum uerſo, uel prona facie, uel laterali, uel poſteriori capitis parte prodeunte, quorumque operandi modus iuxta obliquitatis gradum dimetiendus: ſed cum AVTOR (z) ordine, quo DEVENTERVS, (aa) omnia rite proſecutus eſt, eiusque medendi modum retinuit, huic negotio ſuperſedemus, ea quæ ad præſentem curam iuxta recentiorum mentem ſpectant, exponentes. Itaque in genere notamus, ſi duæ uel tres partes capitis peluim tranſcendant, (§. X.) ſine mora ad operationem confugiendum, ſimulque tentandam DEVENTERI ab AVTORE confirmatam generalem curandi rationem, *quando in omni uteri obliqua*

 poſi-

(z) *Expoſ. de partu difficili ab infante facie ſupina prodeunte, p. 25. ſq. De partu difficili ex utero nimium ſcil. propendulo p. 32. ſq. De partu difficili ex utero ſpinæ dorſi nimis appreſſo, p. 35. ſq. De partu difficili ex utero in alterutrum latus nimium obliquato, p 39. ſq.*

(aa) *Libr. cit. cap. XLVI. p. 201-221. cap. XLVII. p. 221-242. cap. XLIIX. p. 242-254.*

poſitura tutiſſimum, minusque dolorificum eſſe iudicat, *partum accelerare pedibus prehenſis extrahendo, idque in principio* (bb) *laborum, quam primum certus ſis, parturientes genuinis doloribus laborare, præſertim in uteri nimium propendulo ſitu.*

§. XII.

In *principio* autem ſuſcipitur *operatio*, ſi, antequam caput fœtus aperturæ oſſium peluis impulſum, orificium uteri ſuſ-

(bb) Inter recentiores modum, fœtus in pedes conuertendi & extrahendi præter DEVENTERVM accuratiſſime deſcripſit STVARTVS *diſſ. cit. p. 25-29.* Ex antiquis PHILVMENVS *teſte* AETIO *Tetrabiblo IV. Serm. IV. cap. 2. 3. Collect.* STEPHANI fœtum os uteri operientem pedibus prehenſum extrahere iuſſit, idemque CELSVS, *Lib. de Medicina VII. cap. XXIX p. 519* qui ſimul perſpicue tradit, quomodo os uteri aperiendum. Dummodo enim agitur, qua curatione partus emortuus excutiendus, affirmat, *medicum unctæ manus indicem digitum utero primum debere inſerere, atque ibi continere, donec iterum os adaperiatur, rurſusque alterum digitum demittere, & per easdem occaſiones alios, donec tota eſſe intus manus poſſit.* Ad cuius rei facultatem multum ſimul conferre putat, & *magnitudinem uuluæ & uim neruorum eius, & corporis totius habitum, & mentis etiam robur, cum præſertim intus nonnunquam etiam duæ manus dari debent. Pertinere etiam ad rem* meminit, *quam calidiſſimum eſſe imum uentrem, & extrema corporis, neque cum inflammatione incepiſſe, ſed recenti re protinus adhiberi medicinam. Nam ſi corpus iam intumuit, neque demitti manus, neque educi infans niſi ægerrime poteſt, ſequiturque ſæpe cum uomitu & cum tremore mortifera neruorum diſtentio,* (*§. IX.*), HIPPOCRATES autem non difficilem ſolum eiusmodi extractionem eſſe, uerum etiam *Libr. de Natura pueri Sect. III. matres atque infantes perire*, ſi manu fœtus in pedes dirigantur, male cum PLINIO iudicauit, qui *Hiſt. Nat. Tom. I. Libr. VII. cap. VIII.* AGRIPPAS, ſeu pedibus præuiis prodeuntes per totum uitæ periculum *infeliciſſimos* eſſe putauit.

ſufficienter adhuc dilatari, ſicque iuxta CELSI regulas circa (cc) extractionem fœtus cum inſtrumentis obſeruandas compreſſa uulua conquieſci, hiante autem leniter trahi fœtus, & per has occaſiones paulatim educi poteſt, quia poſtea difficulter & ſæpiſſime uix ac ne uix quidem tota manus cauo uteri immitti, ne dicam, pedes fœtus circa fundum eius digitis attingi, apprehendi & extrahi ualent, niſi fœtui mortem, uteroque uiolentiam, contuſionem, inflammationem, & rupturas inferre uelis. Quid mirum igitur ſunt *Celeber.* FRIEDII (dd) uerba, *ſi tam tener fœtus, ob ſitum obliquum, ipſi perquam incommodum, corporis ſui conglobationem, & ſtrictiores uteri amplexus, uitam hactenus uix agens, accedente tali, ſed neceſſaria uiolentia, uitam, antequam in lucem educi poſſit, amittat, nec non mater, propter reiteratas, in uterum alliſiones, febre corripiatur inflammatoria, quæ partu, licet tandem abſoluto, nihilominus eam, læti puerperii lecti loco, luctuoſo ſepulchro immittit.*

§. XIII.

(cc) *Libr. cit.*

(dd) Conf. STVARTVS *cit. diſſ. p.* 24. qui in antecedentibus ex iisdem rationibus moram diſſuadet: quum, *ſi ad imitationem imperitarum obſtetricum partus ob præſentes nixus ualidos naturæ uiribus relinquitur, caput infantis oblique oſſibus peluis impactum, atque quantum fieri potuit, depreſſum, tam anguſtum inter ſe & margines oſſium peluis ſpatium efficit, ut manus, qua operatio abſolui debet, nonniſi ſumma adhibita ui, per illud in ipſam uteri cauitatem adigi poſſit; imo, quando tandem manus inibi pertingit, tunc ſemper fœtus ob continuos illos nixus, ita in ſemetipſum conglobatus ac ab utero arctiſſimo amplexu undiquaque conſtrictus deprehenditur, ut & tempore, & labore multo, hocque ſat uiolento, opus ſit, antequam fœtus ab uteri amplexibus liberari, membra illius euolui, pedes eius attingi, apprehendi, educi, ac Agrippinus ſic partus abſolui poſſit.*

§. XIII.

Verum enim uero cum medici *initio eiusmodi partus* raro in auxilium uocari ſolent, quia obſtetrices caput quidem ſed non proprium illius inquirentes ſitum ſibi perſuadent, uires naturæ expellendo fœtui ſufficere (§. II.): accidit quandoque, ut ſub ualidis niſibus caput quidem in peluim propellatur, ſed non expellatur. Quapropter uia obſtructa manibusque occluſa, nec non uiribus naturalibus iam iam deficientibus, omne, quod adhuc ſupereſt, ferendum auxilium, a medicis & chirurgis expectari, ac re fere conclamata mortisque agone exoptari ſolet. Tunc autem maxime, ne parturiens ſub ipſo labore miſere pereat, ad *inſtrumentorum uſum* confugiendum eſſe, omnes fere conſentiunt, nonnulli quidem tantum ad tuendam uitam matris, ſepoſita fœtus ſalute, alii ad primarium artis obſtetricariæ finem obtinendum, matris ſcilicet fœtusque, quantum fieri poteſt, uitam ſeruandam. In eiusmodi igitur caſibus AVTOR NOSTER (ee) &

(ee) *p. 42.* DEVENTERVS *Lib. cit. Append. p. 274.* RARISSIME *ibi*, inquit, *& ne unquam quidem inſtrumenta uſui eſſe poſſunt, præterquam infantibus incuria neglectis monſtrisque excludendis.* Specialiſſime autem *p. 271. 272.* docet, *ſi ex obſtetricum inconſiderantia aut ignorantia infantes capite præuio in cauitatem peluis delapſi ſint, & aquis iam effluxis in flexuoſo anfractu tanquam in triangulo conſtipati, neque dolorum impetu, neque artis opera, neque ſurſum nec deorſum moueri queant, aliam uiam non patere, niſi infantem ſiue mortuum ſiue uiuum matris ſeruandæ gratia ut mortuum tractes, quod medico nunquam tentandum eſſet, præterquam in extremo periculo.* Simile quoque hac de re iudicium fert. CEL. FRIEDIVS, quando *cit. diſſ.* STVARTI *p. 29.* *caput*, ait, *infantis oblique ſeſe ſiſtens per adauctos nixus, obſtetricis imperitiam, oſſium peluis aperturæ impactum manui aditum in uterum plane occludit, tunc ſepoſita infantis ſalute, unice ad inſtrumenta fœtum*

& DEVENTERVS in ſpecie illa commendant, quamuis in genere ne extrahendis quidem mortuis infantibus concedere uideantur.

§. XIV.

Quilibet hanc ob rem *adpropriata* ſibi uiſa excogitauit *inſtrumenta.* Ex *ueteribus*, qui in uias contrarias proceſſerunt, ueriti pedes in propinquo exiſtentes adducere, HIPPOCRATES (ff) ſitum fœtus præternaturalem ſic mutare iubet, ut *ſi fœtus manum eduxerit, illa protrahi, iuxta humeri articulationem eximi, caputque ad os vteri compelli debeat. Poſtea caput*, inquit, *ſi fieri poſſit, ſecundum naturam extra protrudito, ſin minus, in partes comminuito ſicque fœtum foras producito.* PAVLVS (gg) uetat manum uel pedes, ſi in propinquo ſint, prehendere. CELSVS (hh) *caput*, inquit, *fœtus mortui ſi proximum eſt, demitti debet uncus, undique læuis, acuminis breuis, qui uel oculo, uel auri, uel ori interdum etiam fronti recte iniicitur, deinde attractus infantem educit, neque tamen quolibet*

V is

tum extrahentia, quo mater ſeruetur, confugiendum eſt. His autem illuſtrationis cauſa addit, *eiusmodi inſtrumenta nonniſi omni ſpe partus per nixus abſoluendi abiecta, applicanda eſſe, ne* a) *ſub hoc fixo ſitu caput infantile partes uterinas fortiter contundat*, b) *eædem humidæ & natura calidæ facili negotio intumeſcentiam, inflammationem & gangrænoſam corruptionem acquirant, talique modo conſtitutæ leui ſaltem ſuperueniente alliſione citæ & profundæ dilacerationi obnoxiæ ſint*, c) *tandem contingat, ut, quando caput infantis aperturæ oſſium peluis diu impactum, nullis adhibitis inſtrumentis, ſolius tantum mirandis naturæ uiribus expellitur; nihilominus & colli ueſicæ & perinæi in anum usque rupturæ, indeque productæ tam fæcum aluinarum quam urinæ incontinentiæ ſuperueniant.*

(ff) *Libr. de fœtus in utero mortui exectione.*

(gg) *De fœtus mortui extractione Libr. VI. cap. LXXIV.*

(hh) *Libr. cit.*

is tempore extrahi debet. Nam ſi compreſſo uuluæ ore id tentatum eſt, non emittente eo infans abrumpitur, & unci acumen in ipſum os uuluæ delabitur, ſequiturque neruorum diſtentio, & ingens periculum mortis. Trahere autem iubet dextra manu uncum, ſiniſtra intus poſita infantem ipſum, eumque ſimul dirigere.

§. XV.

De *uncis*, quorum iuxta *recentiores* uariæ dantur ſpecies, (ii) qualesque ſunt acuti, obtuſi, ſimplices duplicesque, plus minus incuruati, quid ſentiendum, paucis docte inter alios exponit DEVENTERVS. Nam *unci*, ait, *nunquam uſui eſſe poſſunt, quia humeri adeo ualide obſtant, ut caput, licet ui maxima detractum, ſuccedere non poſſit.* Cui quoque addendum CELSI monitum, *uncum corpuſculo putri iniectum facile elabi.* Hanc igitur plurimis uſitatam operandi methodum deteſtamur maxime in ſpeciali adducto partu, eamque *crudelem* (kk) præ-

(ii) Ex antiquis formam uncini una uel duabus ſpinis gaudentis nobis ſiſtit ALBVCASIS *Libr. de affectibus mulierum.* Similiter uncinorum, mortuo fœtui extrahendo aptorum deformationem exhibet AMBROS. PARAEVS *Libr. de hominis generatione.* Conf. quoque MAVRICEAV *Libr cit.* MESNARD *libro* cui titulus: *Guide des accouchemens, p. 10., fig. V.* GARENGEOT *nouueau Traité des inſtrumens les plus utiles, Tom. II.* DIONIS. *Libr. cit. p. 306.*

(kk) Operationem, quæ mediantibus uncis in hoc partu a quibusdam ad hunc usque diem peragi ſolet, ſimiliter *horrendam* uocauit CHAPMANNVS præferendo ipſi uſum *forcipis* & *laquei compoſiti.* Ita enim *Libr. cit. Præf. p. 16. 17. The Uſe of Hooks and ſome other Inſtruments, by which living Children, preſenting with the Head are deſtroyed, when they might very eaſily have been extracted in a few Minutes by the Fillet or Forceps, is, in my Opinion, a moſt cruel, and unwarrantable Practice. But yet, however inhuman, it is, to my certain Knowledge by ſome kept up to this Day.* Vid. *etiam eius introduct. p. 8.* ubi infelix

prædicamus, cum incertum ſæpiſſime ſit, uiuusne aut imbecillis, an mortuus iam in vtero ſit fœtus, ne quem credideris mortuum, uiuus infans ferramentis male mulctetur. Quare DEVENTERVS: (ll) *Deteſtor leuem quorundam conſuetudinem, qua infantes uncis extrahere audent! quam primum dolores parum ceſſant, confeſtim audies: infans exſpirauit: tum uncis extrahuntur miſeri infantuli, utut adhuc uiuant, & uiui quidem extrahantur, cum Chirurgi pudore, parentumque ac aliorum præſentium mœrore.*

§. XVI.

Præter hæc arma *alia* adhuc dantur *inſtrumenta* ab ipſo, quem præſtare dicuntur effectu, *extractores* dicta. Horum in numerum primum referendus *extractor* MAVRICAEI, (mm) cu-

felix hocce conamen autore CHAMBERLINO obtrectatoribus huius artis anſam præbuiſſe fertur iudicandi, ab ope magiſtri ſolatium nullum præter parturientis fœtusque mortem, ſperandum eſſe; quo etiam factum, ut in quibusdam regionibus a peritis in arte obſtetricandi conſilium & auxilium non prius exoptari ſolent, quam matre iam fere animam agente. Teſtantur id uerba AVTORIS quæ ſequuntur: *The Practice of drawing living Children with the Crotchet, when the Head offers, but cannot, by Reaſon of its Bigneſs, or ſome Difficulty in the Paſſage, be brought away, which is ſtill the Cuſtom of ſome raſh, pretending Artiſt, (who know nothing either of Returning the Infant, or of the Uſe of the Forceps, or Fillet) ought to be utterly condemned and exploded by all fair and honeſt Practitioners. 'Tis doubtleſs this barbarous Cruelty in ſome Operators, that, (as Dr. Chamberlain well obſerves) has cauſed that malicious, but falſe Report, That, where-ever a Man comes, the* MOTHER *or* CHILD, *or both, muſt neceſſarily die; and is the Reaſon many times of Women's forbearing to ſend, till the Child is dead, or the Mother dying.*

(ll) *Libr. cit. p. 272.*

(mm) Vid *Lib. cit. Tom. I. p. 365. ſq.* & GARENGEOT *Lib. cit. Tom II. p. 267. ſq.* Sequens quoque, quod hic

cuius ipſemet accuratam dedit deſcriptionem ac delineationem. Licet autem eo, quo uixit, tempore artem ad inſignem perfectionis perduxerit gradum, pluresque tam in theoria quam praxi habuerit ſectatores, perfectiori tamen poſtea reddita, uſu quoque comprobatum fuit, illud plus detrimenti quam utilitatis exerere. Periculoſum enim eſt, ubi uel prægrande & monſtroſum, uel obliquum caput in anguſta pelui hæret, quia a) adhiberi nequit, niſi extincto iam in utero fœtu, b) lamina flexilis atque rotunda, quæ capiti, ſpiculo quodam prius perforato, immitti debet, uim extractionis ſine oſſium capitis dilaceratione ferre nequit, quorumque inde contingens deſtructio inſtrumenti adplicationem, ne dicam extractionem plane impedit, c) capite ante eductionem nondum leniter compreſſo, neque uolumine eius prius imminuto, tam uterus lædi, quam ruptura perinæo & ueſicæ urinariæ induci, uariæque inflammationes & contuſiones in internis & externis accidere ſolent genitalibus.

§. XVII.

Huic quoque adnumerandum FRIEDII *inſtrumentum* ex chalybe optime læuigato confectum, quod ſimiliter adpella-

hic adduci meretur, de hoc inſtrumento iudicium fert DEVENTERVS *Libr. cit. cap XXXII. p. 142. Dominus* MAVRICEAV *aliud inſtrumentorum genus inuenit, quod gallice uocat la tire tête, quod uerti poſſet extractor ſiue eductor capitis: hoc ſane inſtrumentum accommodatius eſt, minusque periculi parturienti quidem quam uncini, infanti autem nunquam non necem adfert, quare eodem in hoc rerum ſtatu uti ſalua conſcientia non licet, ſed patefacto iam uteri ſitu recto uel obliquo, tanquam noxium reiiciendum eſt ab omnibus Bonis niſi exploratum habeant, infantem iam obiiſſe, quod certo non conſtat, niſi ex diſſolutione ſupremæ capitis cuticulæ, ut dictum ſupra.*

pellauit *eductorem.* Eſt autem ita conſtructum, ut ſtylus inter duas ſpathulas poſitus & circa manubrium mediante cochlea, qua illas euoluere & retorquere poſſumus, adfixus caput perforare, ligulæ uero in utero ſucceſſiue diducendæ pertuſum caput amplecti, comprimere, & compreſſum extrahere debeant. Quamuis uero eiusmodi inſtrumentum curioſum inuentum ſit, haud tamen adplicationi idoneum fuiſſe, nec exoptatum rei euentum ſpei reſpondiſſe, uſus comprobauit, quemadmodum id clariſſimus Vir (ceu ex docto eius percepimus ore) uariis ex inſtitutis experimentis atque obſeruationibus poſtmodum didicit. Hinc neceſſitate coactus aliud ſibi elegit, inuentis DEVENTERI (nn) nonnulla addens. Prius caput perforandi cauſa inſtrumento, ad modum fere illius, *quo uentrem hydropicorum aut ſcrotum hydrocelicorum aperiunt chirurgi,* præparato utitur inſtrumento Gallis *Trois-quart* dicto. Eſt enim cultellus mucrone trigono acuto in tubo metallico mobilis, & reconditus, quo iuxta directionem digitorum ſiniſtræ manus adplicari, ope dextræ extrudi, retractus iterum abſcondi, ſicque ſecure cuidam dictarum cauitatum immitti, traiectusque humoribus euacuandis locum concedere poſſit. Poſtea uero, perforato iam capite meningibus dilaceratis, oſſibusque nonnullis diffractis, ope ſerræ in forma cultri longioris ſuperius acuminatæ & nodulo præditæ, inferius obtuſæ & latioris, foramen cranio inflictum inſtar trianguli dilatandum, fragmenta oſſium mediantibus uolſellis, quas CL. D. SCHVRERVS inuenit extrahenda, cerebrum indice ſolutum egerendum, ca-

(nn) *Libr. cit. p. 269.* interim *p. 270. 272.* fatetur ad perforandum infantis caput *ſingulari inſtrumento opus non-eſſe, ſed uulgarem cultrum inciſorium, usque ad extremum acumen obuolutum, aut forſiculam aut ſpathulam huic operæ ſufficere.*

putque mediante cochleari oblongo, anterius & ſuperius denticulatis eminentiis obſito, excerebrandum, latera capitis digitis manuum conſtringenda, adeoque totum caput, parti cranii internæ duos tresue digitos immittendo externæque pollicem imponendo, ſubſequente trunco modica ui educendum.

§. XVIII.

Sed reliqua ut ſilentio prætereamus, ſufficiat *præcipuorum*, quæ hactenus uſui fuere, mentionem feciſſe, cum *forceps anglicana* his iure præferenda ſit. Præſtans hocce tam in ornamentum artis quam ſolatium puerperarum detectum inſtrumentum ſui *autorem* (oo) agnoſcit *Cel. Medicum Londinenſem* D. CHAMBERLINVM, a quo ad *filios* eius iure quaſi hæreditario translatum fuit arcanum. Licet autem tunc temporis modus iſtud rite perficiendi atque adplicandi *laudatis* tantum *Viris* cognitus atque perſpectus fuerit, poſtea tamen adeo inualuit ipſius uſus, ut in *Anglia* & *Gallia uulgare* iamiam ſit inſtrumentum.

§. XIX.

(oo) Teſtimonium huius rei præbet dexterrimus chirurgus Londinenſis CHAPMANNVS *Libr. ſæpius citato Introduct. p. 5.* his quidem uerbis: *The chief Books on this Subiect extant in our Language, are Dr. Chamberlain's Translation of Mauriceau, and the Translations of Dionis, Deuenter, &c. which I ſhall have occaſion to mention hereafter; and ſhall only obſerve here, that the Secret mentioned by Dr. Chamberlain, by which his Father, two Brothers and himself ſaved ſuch Children as preſented with the Head, but could not be born by natural Pains, was, as is generally believed, if not paſt all Diſputes, the Uſe of Forceps, now well known to all the principal Men of the Profeſſion both in Town and Country.*

§. XIX.

Quod ſi *antiqua* percurras *inſtrumenta*, quæ forſan anſam *detegendæ huic forcipi* præbuere, inuenies I. RVFFVM (pp) *Chirurgum Tigurinum forcipem longam & terſam noſtræ quodammodo ſimilem in educendis fœtibus mortuis adhibuiſſe.* Ipſemet enim non deſcripſit tantum adplicationem *ſpeculi matricis*, & ſic dicti *apertorii*, uerum quoque quomodo curandum ſit, *ut, ſi mortuus infans propter magnitudinem ſuam prædicto modo educi nequeat, aut ſecundæ manibus prehendi & extrahi non poſſint*, uel *roſtro anatis*, uel *forcipe longa & terſa ſine matris nocumento comprehendatur, & prudenti cura educatur.*

§. XX.

Similiter PALFINVS & GREGORIVS *extractores diuerſos* conficiendos & adplicandos curarunt, conſtantes ex duabus partibus maioribus incuruatis, ex chalybe confectis, & uel circa manubrium, uel in ſuperiori parte inter ſe iunctis. Quamuis autem negandum non ſit, eiusmodi inſtrumenta *prima fundamenta detegendæ forcipi* poſuiſſe, longe tamen differunt ab illa *figura & uſu* minusque commoda ac probata ab autoribus fuere obſeruata; quare FILIVS B. GREGORII Cel. *Chirurgus, artis obſtetricariæ Magiſter, & Soc. R. A. & Chirurg.*

(pp) *Figuræ horum inſtrumentorum* æque ac dictæ iam *forcipis ligno* inciſæ. *Libr. III. de Muliebr. iisque, quæ circa generationem hominis conſiderari merentur, extant* GYNAECIOR. *Tom. I. p. 367. 368.* vbi fertur: *ex iis, quæ ſequuntur, ſcil. roſtro emortuum infantem comprehendat obſtetricans, comprehenſum dextra manu trahat, ſiniſtra uero partes utrasque antrorſum repellat, ne ligamenta rumpantur & præcipitatio matricis ſequatur. In hoc caſu, ſi poſtulauerit neceſſitas huic inſtrumento, forcipem, qua dentes eruuntur, adhibeas, uel depictam hic forcipem longam & terſam, qua ita utatur commode, ut ſi poſſibile ſit, id quod protrahendum eſt, educat faciliter.*

rurg: Paris: Sod. *correxit forcipem* b. *parentis,* qua per plures quoque annos uſus, donec *Anglica* uſu recepta fuit, quam *iure gallicam correctam forcipem* dicere poſſis, cum priori palmam præripiat, & hoc ex fundamento certum ſit, honorem *diuerſi inuenti in genere his* quidem concedendum eſſe, in *ſpecie* uero *Anglis* ac præprimis CHAMBERLINO laudem tribuendam, quod redactam *in compendioſam formam forcipem* ratione adplicationis commodiorem & ſecuriorem reddiderit. Ea autem quæ inter *dictos extractores* quoad *ſtructuram* & *figuram,* intercedit *differentia,* ſequens eſt: *Gallicæ* nimirum diameter, (qq) quæ eſt inter arcus minores, maius efficit ſpatium, partes illos conſtituentes haud exciſſæ, ſed craſſiores & ſuperius leuiter excauatæ ſunt, ſimulque mediante clauo cochleato, minime uero ope machinæ combinatoriæ, explicatione Tab. II. deſcriptæ, iungi rurſusque ſeparari debent. Interim reſpectu utilitatis patet, ratione *curuaturæ utriusque* forcipis *difficiliorem* eſſe *gallicæ, faciliorem anglicanæ adplicationem,* maiorem uteri diſtenſionem ab uſu prioris fieri ſicque difficilius caput prehendi, ne dicam ſecure comprimi aut ſine læſione genitalium extrahi poſſe, quæ incommoda tamen ſub prudenti adplicatione *poſterioris* haud metuenda ſunt.

§. XXI.

Præualent uero ex *anglicis* CHAPMANNI & GIFFARDI

(qq) CHAPMANNVS de differentibus forcipum ſpeciebus *Libr. cit. præf. p. XX.* agens, ſimilia adnotauit: *I muſt obſerve, that as there are ſeveral different Sorts of Forceps, ſo they are far from being all equally proper; and great Regard is to be had to their Form. I once ſaw a Pair at a noted Inſtrument-Maker, which I thought very faulty; and was ſhewn a Pair by a Brother Practitioner in the Country, which could not be uſed with either Succeſs, or Advantage; the Diameter of the Curve being too large, and its Bows too ſhort.*

FARDI (rr) *extractores parum a ſe inuicem diſcrepantes,* (ss) cum quibus difficiles exoptato euentu peregerunt operationes. Hinc notatu dignæ ſunt obſeruationes quamplurimæ, quæ eorum libris continentur, utilesque additæ his cautelæ practicæ, ut miranda omnino ſit inſignis quorundam tyronum uix cathedram adſcendentium audacia, qua ducti ex præconcepta opinione inſtrumento huic in partu ſupra iam expoſito, uſum plane denegare, & hac ex ratione fidem Cel. Viris derogare conati fuerint. Quam grata autem fuit recordatio IOAN. PAGE, qua uel obſtrictum CHAPMANNO (tt) præceptori ſuo fideliſſimo ſeſe ſiſtens ſummis præcipue *forcipem* extulit laudibus, uel mirum non fuiſſe probauit, CHAMBERLINVM maximos inde ſibi acquiſiuiſſe honores, eosdemque in dies auxiſſe; tam infelix fuit conamen CEL. MOWBRAY, (uu) qui, quamuis in genere quidem omnium inſtrumentorum præſtantiam certo reſpectu reiiciens illa monſtris

X tan-

(rr) Varias eorum figuras æri inciſas inuenies apud eundem *Libr.* qui inſcribitur: *Caſes in Midwifery.*

(ss) Probant hoc uerba CHAPMANNI quæ extant *Libr. cit. præf. p. XXIIX. I have ſubjoined an exact Draught of my Forceps, which is very little different from that uſed by the late Mr. William Giffard; and which I apprehend too of a Make preferable to thoſe repreſented Table V. of the Medical Eſſays, &c. as taking better Hold of the Child's Head, than can be done by an Inſtrument, whoſe Curves are broad, and not divided and formed into an Sort of a Ring, as in the Figure here exhibited; in which the moſt protuberant Parts of the Head lie naked; whereas in the Extractors laſt mentioned the whole is covered, and the Inſtrument of Courſe takes up more Room.*

(tt) Vid. *epiſt. gratulator.* ipſius libro *impreſſam Introd. p. XXIII,* in qua inter alia ſequentia refert: *I do not wonder, that Dr. Chamberlain became ſo eminent in Midwifery, when he had ſo uſeful and ſo ſafe an Inſtrument to practiſe with.*

(uu) *Libr.* cui titulus: *The Femal Phyſician, Sect. V. cap. XXVI.*

tantum & hydrocephalis concedat, in ſpecie tamen ex eorum claſſe, *forcipis* honorem ex inuidia potius quam ignorantia auerſatur, ut hanc ob cauſam *reprehenſione* CHAPMANNI (ww) dignus nobis fuerit uiſus.

§. XXII.

Quamuis igitur *dicti extractores perſimiles illi*, quem tibi C. L. TAB. *II.* ſiſtit, ad modum GREGORIANI præparatum, reliquos omnes eductores aliaque inſtrumenta (xx) pungentia ac ſecantia ſuperare uideantur; *cautam* tamen & peritam requirunt *adplicandi methodum.* Patet autem ex antecedentibus ob caput prægrande aut oblique poſitum, aut oſſibus pubis impactum naturalem excluſionem fieri non poſſe, (§. V.) fœtumque in eiusmodi ſitu una cum matre facillime mori; (§. III.) hinc regulæ artis expoſcunt, a) *arte promouendum naſcendi capitis, totius fœtus, æque ac ſecundinarum per peluim tranſitum,* b) & uitæ matris fœtusque, quantum ſub hoc labore fieri poteſt, conſeruationem. *Primum* obtinetur, ſi caput uel ſupra oſſa pubis adhuc oblique ſitum, uel oſſibus pubis iam inhærens, aut e ſitu dimouetur, *fœtusque in pedes conuertitur,* uel ope *forcipis extrahitur.* Illa quidem encheireſis manualis iuxta præſcriptam a DEVENTERO & MOWBRAY normam nonnunquam quidem ſed difficillime & partus tantum initio ſuſcipitur, hæc uero inſtrumentalis operatio quouis tempore per

(ww) Conf. *Libr. cit. p. XXV.*

(xx) *Differentes inſtrumentorum & extractorum*, quorum §. XVI. §. XVII. §. XVIII. mentio facta, delineatorum ærique inciſorum ſpecies, e. g. *forcipem* D. D. FRIEDII Fig. 12. EIVSDEMQVE *ſerram* Fig. 17. *cochlear*, Fig. 18. *laminamque enſiformem, in uagina orichalcea mobilem* &c. nobis ſiſtit I. C. VOIGT. *diſſ. de capite infantis abrupto, uariisque illud ex utero extrahendi modis Giſſ.* clↄ Iↄ CCXLIII.

peragi poteſt. *Alterum* autem impetratur, ſi *cito* atque *tuto tempore forceps* in auxilium uocatur, antequam caput fœtus in utero iam mortui profunde nimis in peluim fuerit adactum. Præcedere uero debet ſemper extractionem *magnitudinis* naſcendi capitis *imminutio*, quæ absque læſione aut oſſium capitis diſſolutione, ſalua uita fœtus, *ſola* & *ſucceſſiua compreſſione* cum *extractore noſtro* perficitur, cuiusque ope ſi poſtmodum accedat *extractio lenis*, totum opus abſoluitur.

§. XXIIII.

Quod autem *cautelas practicas ſub adplicatione* attendendas attinet, ante omnia *commodus* parturienti *ſitus* erit eligendus. Inter alios CELSVS (yy) ſecundum *Hippocratis* monitum *oportet*, inquit, *reſupinam mulierem transuerſo lecto ſic collocare, ut fœminibus eius ipſius ilia comprimantur, quo ſit, ut & imus uenter in conſpectu medici ſit, & infans ad os uuluæ compellatur*, &c. Quod ſi itaque parturiens ad lectum deducta fuerit, in illo capite aliquantulum retrouerſo, humeris demiſſis, & ſubiecto puluinari ſublatis, ſublimius uero natibus ſurrectis, cruribus, quantum poteſt, ad uentrem diductis, genubusque flexis, quæ utrinque cum calcibus ad nates directis & ſuppedaneo innixis, ab opem ferentibus & adſtantibus contineri debent, decumbat, & ita quidem decumbat (zz) neceſſe eſt, quo os coccygis a ſponda lecti prominet

X 2

(yy) *Libr. cit. cap. XXIX.*

(zz) Eiusmodi ſitum quoque commendat CHAPMANNVS *cit. Libr. Introduct. cap. II. p. XXXIX. XL. The firſt Thing to be done, is to lay the Woman in a proper Poſture, viz. with her Shoulders very low, and her Hips raiſed high, her Knees held up, and kept wide aſunder, and her Heels drawn up towards the Nates*

neat. Quo uero ars neceſſariam operam præſtare poſſit quam commodiſſime, præſtat omnia ſubcaua lecti loca ſub lumbis maxime ſiue pannis ſiue puluinaribus explere, ac ibi collocatam parturientem ſub humeris amplexam firmiter ſuſtinere, ſimulque illam diligenter exhortari, ut quouis modo ab omni preſſionis ui abſtinendo, quidquid illam excitare ualet, clamores, animi angores, inquietos corporis ſitus, &c. effugiat, & eo magis effugiat, quo certius eſt, frangi quodammodo ſub hoc ſitu uim atque impulſum diaphragmatis.

§. XXIV.

Quibus præmiſſis ars quæ remouet impedimenta, & naturæ auxilium fert, præire quidem, natura tamen eidem ad eiiciendum partum ſuccurrere debet. Quapropter ratione *adplicationis extractoris* TAB. II. Fig. A. ſciendum, ſeparandas prius eſſe partes maiores B. C. quæ ſuperius in aa, rotundam fere, uerſus centrum b. uero acutam habent figuram. Quæuis pars ſuperior a puncto a. ad punctum b. usque butyro haud ſalito inungatur, atque ita dextra manu teneatur, ut pollex centrum intermedium reſpiciat, reliqui digiti extremitatem illius inferiorem capiant. Poſtea e latere oppoſito infra genu parturientis ad alterum latus extrahendi capitis forceps ita ducatur, ut adiuuantibus ſiniſtræ manus digitis lamina una v. g. B. inter uterum & caput imo ſupra illud quantum poteſt, leni coniiciatur agitatione. Adplicata pars forcipis, quæ quamuis iam firmiter in utero hæreat, in eodem tamen

tes. Which Poſture is abſolutely neceſſary, when any Part of the Child is to be returned; and always the beſt; though ſometimes I have, in all well-made Woman performed the Operation as ſhe lay on her Side.

tamen ſitu ab alio quodam ad tempus determinatum retinenda eſt, donec eodem modo pars altera Fig. C. ipſi fuerit oppoſita. Quo facto pars una TAB. II. Fig. B. ad alteram Fig. C. ita mouetur, ut illius clauo a. Fig. B. foramini b. Fig. C. inſerto, motu repaguli d. reciproco, parti b. Fig. C. adfixi, utraque iungi, ſimulque caput eidem inhærens compreſſione ita mutari poſſit, ut figuram diametri, quæ eſt intra partes maiores Fig. A. accipiat oblongam. Quodſi partes, ſicuti aliquoties obſeruauimus, artificiali huic coniunctioni nimis reſiſtant, laminis cruciatim tantum ſibi impoſitis, caput ſucceſſiue comprimatur compreſſumque extrahatur. Sub extractione uero obſeruandum, partes forcipis maiores circa centrum b Fig A. uola manus ſiniſtræ, inferiores autem c. c. Fig. A. excauatam paululum habentes figuram manu dextra, impoſito prius repagulo indice digito, prehendendas, caput rurſus leniter comprimendum, illudque aliquot repetitis ſed uacillantibus tractibus uerſus abdomen operationem peragentis directis, educendum, ne nimis deorſum uergente ui, perinæi contingat ruptura. Interea cauendum, ne extractor irrito quodam ſucceſſu rurſus ſecedat, (aaa) nec uterus laceretur, neque pars uaginæ intra ute-

(aaa) Huius effectus quasdam adducit rationes CHAPMANNVS *Libr. cit. Introduct. p. XXI.* deductas potiſſimum a modo, quo partes forcipis uel ſupra caput fœtus coniici, uel clauo cochleato uniri ſolent. Teſtimonium præbent primum ſequentes in GIFFARDVM animaduerſiones: *Mr. Giffard in Caſe XIV. and elſewhere, frequently complains, that his Extractor ſlipt, which I am fully perſvaded it would not have done, if the Parts had been left unjoined, as I now uſe them;* conf. GIFFARDVS *Caſ. CLXXXII. p 430. Caſ. CCIII. p. 465. Caſ. CCV. p. 469.* Deinde quoque ſolida argumenta mentem autoris clarius exponunt, *p. XIX.*

rum caputque fœtus, bene monente CHAPMANNO, (bbb) fortiori motu intrudatur. Quare præter adductas cautelas adhuc notandum, ſiniſtrum genu inflexum ſpondæ lecti fortiter adponendum, eoque ſemper reſpiciendum eſſe, quo reſpectu decumbentis in lecto parturientis niſui, qui ſub operatione intenditur, æqualis fiat reniſus, magis tamen ab adſtantibus, caput corpusque illius ſub humeris amplexum ſuſtinentibus, promouendus, quam a fractis parturientis longo grauique labore uiribus exercendus.

§. XXV.

Melius autem eſt, *ſi caput fœtus circa bregmatis & temporum quam occipitis frontisque oſſa comprimatur.* Prior enim conſtrictio naturali ſimilis ſtructuræ conuenienter fit, poſterior uero uiolenta magis & naturæ oſſium contraria exiſtit (§. V.). Sicuti uero ex adductis obſeruationibus (§. XXVI. XXVII.) patet, dari diuerſimodas forcipis adplicationes, ſimul intelligitur, *extractorem noſtrum* adplicatu eſſe *faciliorem* uerſus oſſa *ilii & ſacrum*, *difficiliorem* autem uerſus

oſ-

p. *XIX*, ita ſentientis. *It is much better, that the two Parts of the Forceps ſhould not be joined or fixed by a Screw, the Hand being ſufficient, and that for that Reaſons. Firſt, becauſe when they are ſcrew'd together, tho' they ſhould not happen to be exactly oppoſite to each other, yet they will turn ſo as to take faſt Hold of the Infant's Head, and readily extract it. Secondly, in Caſe one of the Parts ſhould ſlip, it is then eaſily returned to its proper Poſt, without being taken wholly away. Whereas when they are ſcrewed together, and then ſlip off on one Side, (which I have often experienced in ſpite of the greateſt Care I could uſe) the Inſtrument is to be repaſſed, and ſcrewed as at firſt*, &c.

(bbb) *Loc. cit. p. XVII.*

oſſa pubis, cum in illis maius obſeruetur ſpatium, hæc uero anguſta nimis partibusque neruoſis admodum ſenſibilibus prædita ſint, niſi præternaturalis forſan partium conſtitutio uel totalem uel partialem forcipis impediat adplicationem, qualem GIFFARDVS deſcripſit *Caſ. LXX. pag. 161.*

§. XXVI.

OBSERVATIO I.

Vidi *eiusmodi adplicationem forcipis* Lutet. Pariſ. an. MDCCXXXIX. cum Cel. artis obſtetricariæ Magiſter GREGORIVS, præſentibus nonnullis, quorum numero addictus eram, in primipara gibboſa, ob malam peluis conformationem, & ſitum uteri obliquum, extractionem naſcendi capitis, quod in illa, quam ſibi aperuit, uia immobile diu hæſit, ope forcipis ſuſcipere coactus fuiſſet, ne uires parturientis, quæ deficere iam incipiebant, plane conſumerentur. Itaque peregit indicata methodo breui temporis interuallo ſuſceptum opus tanto quidem felici euentu, ut ſine ulla parturienti inflicta læſione uiuum eduxerit infantem, in cuius integumentis capitis non procul a uertice leuis quædam contuſio perſimilis illis, quas GIFFARDVS (ccc) *cit. Libr. Caſ. LIX. p. 135. Caſ. LXVII. p. 152. Caſ. LXXVI. p. 177.*

1739

(ccc) Alias quamplurimas Obſeruationes ſuſceptarum eiusmodi felici, ut aiunt, ſub ſidere, operationum, legimus apud CHAPMANNVM & GIFFARDVM. Prior de *uiuis* cum forcipe *eductis infantibus* agit *Libr. cit. Caſ. XVI. p. 108.* & *Caſ. XLIX. p. 166. Caſ. uero LI. Caſ. LVI p. 172-175. Caſ. LVII. p. 176. uarios capitis ſitus* deſcribit, diuerſumque artificialis huius operationis modum, & ſimul quoque refert, ſe triginta & plures adhuc quam literis mandauit, collegiſſe obſeruationes. In-

p.177. adnotauit, abſque uitæ tamen aut ſanitatis detrimento obſeruabatur. (§. XXIX.).

OB-

In fine enim *Caſ.LVII.* ait: *I COULD produce about thirty Inſtances more, of the ſame Operation performed in this Town with the ſame Security to both the Mother and her Infant, but am willing to believe theſe ſufficient.* Itidem fecit poſterior ſc. GIFFARDVS, rariſſimos colligens Caſus *de uiuis mortuisque ope extractoris eius eductis infantibus*, quales extant *Libr. cit. Caſ. XXX. p. 73. 74. Caſ. XXXVI. p. 77. Caſ. XLIII. p. 93. Caſ. L. p. 107. 108. Caſ. LI. p. 111. 112. 113. Caſ. LV. p. 124. Caſ. LIX. p. 135. Caſ. LX. p. 137. Caſ. LXVII. p. 152. Caſ. LXX. p. 160. Caſ. LXXVI. p. 177. Caſ. LXXXI. p. 191. Caſ. LXXXIII. p. 197. Caſ. XCIX. p. 243.* Inter alia *Caſ. CIII. p. 254.* monet, ſe ante extractionem cum forcipe aluum parturientis, cuius hiſtoriam ibidem tradit, ope *enematis carminatiui ex Decoct. com. pro Clyſt. Elect. Baccar. Laur. Mel. Mercurial. & Sale Gemmæ* præparati duxiſſe, ipſique potionem cordialem ex aqua pulegii, pœon. Comp. Syr. caryophyllor. in qua *extracti Thebaici* gr. Iß diſſolutum propinaſſe, utpote medicamentum, quod ratione uirtutis omnibus pellentibus antepoſuit. Ita enim: *I have allways found Opiates more ſerviceable than all Medicines we call forcing. Caſ.* uero *CIV. p. 158.* uſum indicat extractoris in partu hæmorrhagico ab adhæſione placentæ ante uteri os proueniente, uid. §. IX. not. w. ibique adductam obſeruationem. Porro conſiderari merentur *Caſ. CV. p. 260. Caſ. CVI. p. 262. Caſ. CX. p. 267. Caſ. CXLIII. p. 342. Caſ. CLXI. p. 388-391. Caſ. CLXIV. p. 396.* in quibus ſimul oſtenditur, conuexitatem oſſis ſacri cauſam ſæpius mortis fœtus matrisque eſſe, & caput magnum in pelui anguſta hærens difficilem reddere laborem. Denique legantur & perlegantur *Caſ. CLXVIII. p. 406. Caſ. CLXIX. p. 407. Caſ. CLXXXII. p. 430. Caſ. CXCI. p. 448. Caſ. CXCIII. p. 452. Caſ. CXCV. CXCVI. p. 456. ſq. Caſ. CXCVIII. CXCIX. CC. CCI. p. 461. ſq. Caſ. CCII. p. 463. Caſ. CCIII. p. 465.* Tandemque *Caſ. CCV. p. 469.* ex multiplici uſu eiusmodi inſtrumenti, forcipem Anglicanam MAVRICAEI, *aliorumque eductoribus* merito anteponendam eſſe his quidem demonſtrat uerbis. *This ſhews the Uſefulneſs*

OBSERVATIO II.

Fœmina linteonis cuiusdam primipara, triginta annorum, ſtrictioris corporis habitus, legitimo partus tempore, tergiuerſantes prius & genuinos poſtea percepit dolores. Aquæ præmature effluxerunt, & licet ſub motibus ſat uiolentis, qui tantum impetum exerere uidebantur, ut parum abfuiſſet, quin excedentes uitæ finem impoſuerint, partus negotium ad quinque dies dilatum fuit. Obſtetrix cauſam difficilis huius laboris ignorans nullum præſtitit parturienti ſolatium, ſed pellentibus potius auxit motus absque exoptato excluſionis effectu, qui per plures dies fruſtra expectatus adſtantes coegit, ut me adirent conſilium & auxilium ſibi expetientes. Quo igitur deſideriis fieret ſatis, ſtatim me in parturientis domum contuli, atque inquirens in cauſam huius partus poſitumque uteri ac fœtus nihil obſeruare potui, quam caput obliquum intra oſſa pubis quaſi incuneatum. Fœtus iam per uiginti quatuor horas in utero mortuus, partesque parturientis genitales tam internæ quam externæ tam anguſtæ erant, ut aliquot digitis, ne dicam manui aditum præcluderent. In hoc igitur tam triſti ſtatu quam difficillimo labore ab omnibus medicamentis & exhortationibus, promouendi partum gratia inſtitutis, abſtinendum eſſe, nullamque aliam parturienti opem ferendam, quam extractionem fœtus mortui peragendam, adſtanti-

 bus

fulneſs of this Inſtrument, for Mauriceau, and others, in this Caſe, where the Head will not paſs, propoſe the leſſening of the Head, and taking out the Bones: but as the Head, whilſt in the Birth, will mould into any Form, ſo by the Uſe of a proper Inſtrument, a Child may be brought out alive. Tandem tradit modum adplicandi extractorem in dicto partu difficili, ſub ipſis *motibus conuulſiuis. Caſ. CCVI p. 471. 472.*

bus initio ſtatim indicaui, probe cognoſcens, partum naturalem tam peluis anguſtiam quam magnitudinem capitis, oblique paululum ſiti, prohibuiſſe. Quapropter matris conſeruandæ cauſa adplicui forcipem Fig. A. eoque uolumen capitis, quod tumidum ualde erat, prius imminutum eduxi, (§. XXVIII.) puerperam uiribus exhauſtam iuſculis tenuibus nutriui, putridum lochiorum fluxum balſamicis blande euacuantibus promoui, reſiſtens ſimul medicamentis temperantibus & diapnoicis febrilibus illam infeſtantibus motibus, quibus annuente Summo Numine factum, ut priſtina reſtituta ſanitate poſt interuallum aliquot annorum felices uiuos ediderit partus. Recte igitur iudicat DEVENTERVS, *Libr. cit. cap. III. p.* 22. quando quærentibus: quantæ ſint pelues mulierum, reſpondemus, inquit, uariare iſtas prout quantitate uariant fœtus, easdemque tranſeuntes, & optime congruere cum capitibus infantum, quæ quidem quandoque non niſi cum uiolentia penetrare poſſunt.

§. XXVII.

Præterea quamuis commodum omnino ſit, ope *forcipis eiusque unitarum* partium (§. XXIV.) caput fœtus extrahendi, minime tamen ob uarias partus difficultates *tota* requiritur *forceps*, cum aliquando contingat, ut *pars una* ipſius auxilio ferendo operique peragendo ſufficiat. Fieri enim ſæpius nequit, ut ob uteri obliquitatem ſolis digitis caput ab oſſibus quibus inſidet, remoueri poſſit (§. X.), quodque margini oſſis cuiusdam impactum teſte *Cel.* FRIEDIO, (ddd) *uel ſeſe in proprium ſuum pectus inclinans, uel ſeſe reſupinans, ſanguinis*

inibi

(ddd) Vid. STVART. *Diſſ. cit. p.* 23.

inibi fluxum ſibimet ipſi funeſte præcludit, uel pronum margini illius oſſis impactum, cranii cerebrique contuſiones lethales acquirit, cum interea pars illa uteri, quæ caput infantis inter, & marginem oſſis peluis iacet, ab iteratis capitis adliſionibus, & firma oſſis renitentia, ſtaſin ſanguinis inflammatoriam illico nanciſcatur, quam febris illa continua, acuta, miliaris puerperis tam mortifera, preſſo pede comitatur. Hinc licet DEVENTERVS, MOWBRAY, aliique, dicto in caſu methodum non plane reiiciendam, infantem naturaliter fere in utero ſitum in pedes conuertendi ſuadeant, melius tamen eſt, ſi tentata encheireſis, ope digitorum caput obliquum in lineam rectam reducendi, inſufficiens ſit, mediante *parte una forcipis* (eee) infantile caput ab oſſibus, quibus incumbit, paululum repellere, illudque ſubſequentibus vteri contractionibus manu altera oppoſita eiusque digitis flexuoſe expanſis, comprehenſum educere, quam ſub difficillima fœtus inuerſione uim utero fœtuique inferre. (§. XII.).

§. XXVIII.

Educto extra pudendorum ſinum fœtus capite, *forceps* illud compreſſum tenens a ſe inuicem *diducenda* rurſus, & loco

(eee) De uariis eiusmodi operationibus conf. CHAPMANNVS *Libr. cit. Caſ. XXIII. p 114. 115.* & GIFFARDVS *Libr. cit. Caſ. XXXIX. p 83. Caſ. L. p. 107. 108. Caſ LIX. p. 135. Caſ. LX. p. 137. Caſ. LXI. p. 139. Caſ LXXVI. p. 177. Caſ. LXXXI. p 191, Caſ. LXXXVI. p. 200. Caſ. LXXXVII. p. 208. Caſ. XCVI. p. 232. Caſ. CII. p. 253. Caſ. CIV. p. 258. Caſ. CXXXIII. p 314. Caſ. CXLVI. p 348. Caſ. CXLVII. p. 351. Caſ. CL. p 357. Caſ. CLIX. p. 385. Caſ. CLXII. p. 388. Caſ. CLXIII. p. 394 Caſ. CLXX. p 409. Caſ. CLXXIII. p. 415. Caſ. CLXXXIII. p. 432. Caſ* CXC.

loco illius caput *ambabus manibus* digitis incuruatis & diuaricatis, eo momento, quo parturiens, quæ ſub extractione capitis ſe *paſſiuam* antea præbuit, nunc *actiuam* præſtare omnique corporis nixu uim preſſionis augere debet, ualido ſed uacillante & deorſum uergente niſu una cum toto corpore & ſecundinis manu prius compreſſis extrahendum, dorſoque illius quæuis in utero occurrentes plicæ & ſulci adæquandi, (fff) ſanguis coagulatus, (ggg) dolores poſt partum mitigandi cauſa manu in pugnum mutata educendus, illaque utero eiusque cauitati denuo immittenda, ac paululum ibi detinenda eſt, explorandi gratia, quænam ratione conſtrictionis in eo contingat mutatio? Sin uero hoc modo extrahendi totum infantis corpus uoti ſui haud compos fiat obſtetricans, impedimentum iſtud rite inquirat, ſimulque tactu exploret, neceſſe eſt, qualis ſit humerorum ſitus? Quando enim unus reſpiciat os pubis alter uero os ſacrum, tunc caput, quantum fieri poteſt, ſiniſtra eleuandum manu, dextræ autem indice, digitoque medio brachium, uerſus os ſacrum tendens, circa articulationem cubiti flectendum educendumque, manuque inferna inferioris humeri & ſuperna capitis uerſione facta, uel priori modo uel adplicatis ſub axillis infantis uncinorum inſtar obtuſorum manuum indicibus, caput uacillante motu trahendum, donec totum ſequatur corpus.

§. XXIX.

CXC. p. 443. 444. Caſ. CXCV. CXCVI. p. 455. ſq. Caſ. CXCVIII. p. 461. Caſ. CCXVI. CCXVII. p. 496. ſq.

(fff) Vid. *Diſſ. noſtra de prolapſu & inuerſione uteri, &c. ſ. XXX. p. 31.*

(ggg) Præter *van* HOORNIVM DEVENTERVM, & CHAPMANNVM conf. GIFFARDVS *loc. cit. Caſ. LIX. p. 135.*

§. XXIX.

Verum enim uero fieri poteſt, ut *forceps* terrorem adſtantibus & parturienti iniiciat, quodnam igitur hoc in caſu ferendum auxilium? Duplex autem, qui commendari ſolet, eligendus modus, caput fœtus uel in pedes dirigendi uel ope *laquei compoſiti*, qui pariter *inuentum Anglorum* (hhh) eſt, illud educendi. De priori encheireſi (§. XI. XII.) iam fuſius egimus; quo igitur recentem iſtum eductorem capitis breuibus attingamus notandum, a *Gallis* (iii) uocari *laqs compoſé*, & ab *Anglis Fillet*. Compoſitum enim eſt inſtrumentum tam ex faſcia & funiculis ſericis, diuerſae longitudinis & latitudinis, quam ex tribus a ſe inuicem ſeparatis partibus ferreis optime læuigatis, paululumque incuruatis, quæ ratione longitudinis & curuaturæ cum partibus *forcipis noſtræ* fere conueniunt, reſpectu latitudinis uero in partibus ſuperioribus tantum ſunt pollicis unius. Duæ partes, excepta tertia, cuius auxilio faſcia collo fœtus iniicitur, ſuperius duobus lateralibus rotundis foraminibus at totidem quadrangularibus perforatæ ſunt. Per rotunda ducuntur funiculi, quibus faſcia conſtringi poteſt, per quadrangularia ſupra & infra rotunda poſita trahuntur funiculi, ac uncinulo, ma-

(hhh) CHAPMANNVS ſe inſtrumentum hocce inueniſſe teſtatur cit. *Introduct.* his quidem uerbis. *THE former of theſe I muſt by leave to be ſilent in as being entirely an Inuention of my own; not but that I haue been told ſince the firſt Publication of this Treatiſe, that this is ſo far from being an Invention of mine, that the* Fillet *is generally or at leaſt, very frequently employed*, ſimulque monet. *cit. loc. p. 17.* modum adplicationis illius paucis hactenus notum fuiſſe.

(iii) In educendo capite ſupra peluim oblique poſito illud aliquoties adhibuit citatus ſupra GREGOIR.

manubrio ligneo adfixo, pro uniendis partibus ferreis cum faſcia alligantur, quæ poſtea eodem modo, ac de forcipe (§. XXII.) dictum, ſupra caput coniecta faſcia, ſi prius mediantibus funiculis conſtricta fuerit, ſeparantur, rurſusque extrahuntur, quo una cum faſcia eiusque funiculis circa manum obuolutis, uacillante motu, caput totusque infans indicata (§. XXVIII.) methodo educi poſſit. Sed conſultius eſſe exiſtimamus, ſine his adminiculis ope forcipis tantum, niſi forſan parturiens illam auribus reſpuat, negotium partus abſoluere, cum adplicari nequeat, niſi a) partus peluim, cui capite imminet, nondum intrauerit, (kkk) b) ſub adplicatione illius, quæ ſat longo temporis ſpatio peragitur, faſcia una cum funiculis a liquido, e genitalibus profluente, tumeſcat, c) illa difficillime ſupra caput coniicienda ſit, d) capitis uolumen, quantum neceſſe, ante extractionem imminui nequeat, e) niſi infra mentum rite collo iniecta fuerit, facillime labaſcat, f) periculumque ſuffocationis exti-

(kkk) CHAPMANNVS *loc. cit. introd. p. 6.* caput fœtus, ſi peluim & vaginam iam intrauerit, educendum eſſe iubet uel *forcipe*, uel *laqueo* ſic dicto *compoſito.* Ibi enim: *For the* Head *preſenting and far advanced, is to be taken hold of either by the Forceps or* Fillet, *and by them extracted;* conſ. quoque *cap. II. pag. 35.* Quamuis autem hoc in caſu de uſu Forcipis dubitandum non ſit; interim in eodem huius inſtrumenti adplicationem impoſſibilem fuiſſe, ipſimet experti ſumus, ſimulque didicimus, latera capitis oſſibus appreſſa illam impediuiſſe, nec eodem pericula metuenda ſemper auerti, nec cauſſas remoueri potuiſſe. Quare laudatus Vir Caſu XVII. p. 109. cui titulus: *A Child extracted with the Fillet.* in fine relationis, adplicationis modum ingenioſum difficilem imo adductis in caſibus impoſſibilem nonnunquam, nec niſi a peritis in arte exercendum eſſe, fatetur, quemadmodum illum alio quodam exemplo *Caſ. LIV. p. 172.* deſcripto confirmauit.

extimeſcendum ſit, alias ut taceam *huic partui* rationes contrarias.


§. XXX.

Quod ſupereſt finita operatione, *puerperæ*, ſi conſueto modo in lecto rurſus decumbat, *cura* quam maxime *gerenda*, ſemperque ad fluxum lochialem, motum ſanguinis temperatum, negotium lactis conuenientiſſimis reſpiciendum remediis, & præter regimen diæteticum, præcipue animi corporisque tranquillitas commendanda, nec non *externis*, contuſis & inflammatis partibus reſoluentia & diſcutientia ſicca potius quam humida tepide imponenda (lll). Reſpectu uero *infantis uiui*, & *uiolentiæ capiti ſub ipſa compreſſione illatæ*, præmiſſis præmittendis neceſſariis, u. g. funiculi umbilicalis ſeparatione & ligatura, &c. leni & ſucceſſiua manuum compreſſione naturalis ipſi forma reſtituenda, & integumentis capitis inflicta uulnera aqua ſclopetaria æque ac oleoſis (mmm) qualia ſunt oleum roſarum, & hyperici conſolidanda.

(lll) Fuſius de his egimus *Diſſ. cit. de prolapſu uteri, &c. §.XXXIV. ſq. p.32.*

(mmm) Vid. GIFFARDVS *Lib. cit. Caſ. LXXXI. pag. 191. Caſ. LXXXIII. p.197. Caſ. CXVII. p.282.*

EXPLI-


Tab. II.
Fig. A
fig. I.
fig. II.
fig. III.
Fig. B.
Fig. C.
Fig. D.
6 Zoll 8 lin.
5 Zoll 4 ½ lin.
9 lin
Zoll. Verjüngter ½ Schuh.
Rheinl. ½ Schuh.
10. Linien
Gründler fec. Halæ.



EXPLICATIO
TAB. II.

Fig. A. FORCEPS repræſentatur prout combinatis duabus eius partibus maioribus a. b. c. oblique in oculos incidit. Confectæ ſunt illæ ex materia chalybea (*) ualde elaſtica ſuperius in a rotundam, uerſus centrum b autem acutam magis & oblongam habentes figuram. Singulæ in medio ſecundum eandem figuram exciſſæ, ambæ uerſus ſe inuicem inflexæ, nitideque præterea læuigatæ ſunt. Connectuntur in puncto b. ope machinæ cuiusdam combinatoriæ, quæ inſtar clauſtri eſt, quod conſtat ex repagulo & clauo, circa quem iſtæ mobiles exiſtunt. Extremitates illius c. c. figura gaudent incurua, quo forceps eo firmius manu teneri poſſit.

Fig. B. C. ſingulatim exhibent partes maiores FORCIPIS, quo eo clarius, quæ ad earum combinationem faciunt, concipiantur. Pars una nimirum B. alteri C. ita adplicari poteſt, ut clauo a. foramini b. inſerto, motu reciproco repaguli d, parti b. adfixi, ambæ connecti, iterumque

(*) CHAPMANNVS exemplo FORCIPIS cuiusdam, quæ ex metallo tenui, mollique fuit præparata, experientia conuictus oſtendit, eiusmodi Inſtrumentum ſub operatione inſufficienter reſiſtere, cum ipſius arcus nimis flexiles ſint; Præfat. enim *Libr. cit. p. XXI. For many years my Forceps happen'd to be made of ſo ſoft a Metal as to bend or give way, or ſuffer ſome Alteration in their Curve. They were made, as uſual, with the Screw fixed to one Part or Side of them.*

que ſeiungi poſſint. Maioris autem perſpicuitatis gratia repagulum triplici modo delineatum fuit,

1) quale in ſe conſideratum ſine clauo conſpicitur, ad marginem forcipis externum adplicatum; Fig. I.

2) in adplicatione ad clauum foramini b. Fig. B. infixum, facta laminarum forcipis B. C. combinatione. Fig. II.

3) qua ratione conficiendum & parti externæ adfigendum. Fig. III. ſcil. n. 1. cum foramine altera forcipis pars truncata, inque eius latere externo prope foramen rotundum Fig. III. n. 5. duo canales oblongi circa fundum latiores, ſuperius autem anguſtiores, n. 2. 2. conſpiciuntur, quibus duo bacilli n. 3. 3. ſeu uirgulæ ferreæ, canalibus aptatæ, germanice Schwalben-Schwäntze, ope clauiculorum n. 4. 4. iisdem infixorum, mobiles reddendæ inferuntur. Mediantibus enim clauiculis repaguli foraminibus rotundis, ſuperius latioribus, inferius anguſtioribus n. 6. 6. non ipſorum bacillorum ſolum in propriis canalibus, uerum cum iſtis etiam reciprocus repaguli motus produci poteſt.

Foraminis in repagulo maioris pars una eſt oblonga, altera rotunda. Prioris ope clauus a Fig. B. circumcirca inciſus fixus tenetur, ſtatim ac illa, repagulo uerſus hunc moto, eundem amplectitur: exiſtente autem clauo in parte foraminis huius poſteriore, partes maiores forcipis B. C. ſeparari rurſus poſſunt.

Cete-

Ceterum circuli arcum c. c. Fig. C, cuius centrum eſt in p, conuexæ & uerſus ſe inuicem incuruatæ formant partes.

Vera autem forcipis huius longitudo partiumque reliquarum minorum dimenſiones ex addito *dimidio pede Rhenano* cognoſci poſſunt, quarum tamen delineatio hac in Tabula ſecundum alteram priori iunctam facta eſt.

Fig. D. ante oculos ponit ſingularum partium maiorum minorumue figuras, earumque longitudines, & latitudines in partibus menſuræ alterius decimalibus, germanico idiomate in gratiam opificum, eiusmodi inſtrumentum accurate conficiendi cupidorum expreſſis.

Facta partium maiorum Fig. B. C. debita unione, oualem extractor accipit figuram, cuius diuerſæ creſcentes & decreſcentes diſtantiæ ab uno perimetri puncto ad alterum e diametro opponuntur Fig. A: craſſities uero in punctis m. n. eſt $\overset{III}{\frac{1}{2}}$ in d. e. $\overset{IV}{4}$ & in $\gamma\,\overset{III}{2}$.

Quod reſtat notandum dimenſiones noſtras fere conuenire cum CHAPMANNIANIS, excepta tamen arcuum menſura, quam laudatus Vir uel nimis obſcure deſcripſit, uel in deſignando digitorum numero errorem forſan commiſit. Libro enim ſupra citato figuram FORCIPIS æri inciſam ita deſcribit:

The Menſure and Dimenſions of the
FORCEPS.

Their Length in a right Line, Fifteen Inches. The Length of the Bows from the Ioint, where the two Parts croſs, to the

upper Extremity, in a right Line, nine Inches and one Quarter. The Girt of the Bows, when ſhut, is in the wideſt Part, Eight Inches.

Putat quidem ſe deſiderio SOC. EDIMB. feciſſe ſatis tradita hac ſuccincta delineatione, quam in prima omiſit editione, (uid. MEDICAL ESSAYS, AND OBSERVATIONS OF THE SOCIETY OF EDIMBOVRGH *Vol. III. Art. XXXI.*) quæ tamen, quamuis ipſi completa uiſa fuerit, imperfecta dicenda eſt, ſicuti ex præmiſſis & adiecta huic Tabulæ cognoſcitur expoſitione.

F I N I S.